Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuimus eum, qui ita dicat [369—371]... Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89]. Huic subuenire debemus; quaerit enim auxilium [1—6]. Scitis quae sequuntur, et illa in primis [7—11]. O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regis opibus, quae uidebantur sempiternae fore, quid adiungit? [12—14] Praeclarum carmen! est enim et rebus et uerbis et modis lugubre.' Idem de orat. III 47, 183 'paeon ... par fere cretico, qui est ex longa et breui et longa, ut [1]' laudata illa Rufino de metr. p. 2716 P. (rhet. Lat. p. 578 H.) Cicero de orat. III 26, 101 (postquam de Roscio dictum est) 'quid? ille alter: quid petam praesidi? quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim [7]: in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta.' Servius in Aen. II 241 'o patria: uersus Ennianus.' Cicero Orat. 27, 93 'alio modo transtulit cum dixit Ennius arce et urbe órba sum, alio modo, si pro patria arcem dixisset.' Idem de orat. III 58, 217 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile plenum interruptum flebili uoce ... et illa [7] et quae sequuntur [12. 13].' Idem Tusc. disp. I 35, 85 'Priamum ... hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica [10], utrum tandem a bonis an a malis discessisset?

Tum profecto uideretur a bonis. At certe ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur [12—14]. Servius Dan. in Aen. I 726 'legitur et lacuaribus. Cicero Tuscularum [10]. Cicero Tusc. disp. III 22, 53 'hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: haec omnia uidi, sed iam decantauerant fortasse.' Non. 181, 1 'turpari, a turpitudine. Cicero Tuscularum lib. III [14]'. Quaedam ex hoc cantico in Accii Eurysace agenda anno 696 Aesopus ex Andromacha Ennii transtulit, e. c. o pater et v. 12: sic enim Ciceronis pro Sestio 57, 121 narrationem interpretandam esse demonstravi in quaest. scen. 328 sq. Idem carmen Tacitum annal. XIII 15 intellegere animadvertit Columna. Adlusit Plautus Bacch. 933 (cf. quaest. scen. 353). Colorem ex hoc loco traxit Porcius Latro in Senecae controv. p. 153 K. (106 M.)

1—14 numeros constituit Bentleius 2 exili ψ , Bentleius, om. γ exilii Reg. Gud. Bruce. fugae unus Oxon., Bentleius fuga ϕ hiatum tollas quo post aut inserendo 3 accedam (h. e. accidam) libri optimi, Bentleius accidam Bern. b corr., vulg. Cretica illius quoque formae mensura 4 patri Bentleius 5 stant: cf. coroll. XXI 6 abiete: cf. Lachmannus in Lucr. II 991 7—14 solutos anapaestos agnovit G. Hermannus 9 adstantem ψ Tusc. III 19 10 lacuatis Servius laqueatis Ciceronis ω 12 uidei Vahlenus uidet Abrinc. Erl. de or. uidi ϕ inflammari ω 13 euitarei Vahlenus euitaret Abrinc. Erl. ibid. uitari ϕ 14 turpari ω

X

Ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae

Cicero Tusc. disp. III 19, 44 (cf. IX).

XI

Quantís cum aerumnis illum exanclauí diem! 90

Non. 292, 8 'exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache malo torquentis cum' e. q. s. (torquantis ψ Andromache molotto: quantis Mercerus Andr. aechmatotide: quantis Rothius.)

XII

Vidí, uidere quód me passa aegérrume,

Hectórem curru quádriugo raptárier,

Hectóris natum dé muro iactárier.

Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'trahit Hectorem ... Achilles ... At illa sicut acerbissimam rem maeret: [1. 2] ... Melius Ac-

cius . . . Varro de l. l. X 70 M. 'non modo poetae, sed etiam plerique . . . dicebant ut quaestorem praetorem, sic Hectorem Nestorem. Itaque Ennius ait [3].' V. 2 observabatur Vergilio Aen. I 483. Vtrumque locum coniunctum Andromachae tribuit Scaliger.

¹ me ψ : cf. coroll. XXI sum *Vind. a Duisb.*, *Davisius* 3 de Troiano muro ω : *glossema eiecit Scaliger* iactarier *Scaliger* iactari ω

XIII

Festus p. 298 M. '[summ]ussi dicebantur [murmuratores] . . . Naevius — Ennius in sexto — [Enni]s in Andromacha: di . . . n est: nam mussare si'

Ex hac fabula nescio an sit inc. nom. XIII.

ANDROMEDA

I

95 quae caua caeli

Signitenentibus conficis bigis

Varro de l. l. V 19 M. 'a Chao cauum et hinc caelum . . . itaque dicit Andromeda nocti: quae' e. q. s. . . . 'et Ennius item ad cauationem . . . (Andromeda Scaliger andromada Par. b. androma Flor. Ex Euripidis Andromeda fr. 114 N. $\bar{\alpha}$ $\nu\acute{\eta}\xi$ $\iota\epsilon\gamma\acute{\alpha}$, || $\acute{\alpha}\varsigma$ $\mu\epsilon\gamma\iota\sigma\acute{\tau}\epsilon\rho\nu$ $\iota\pi\pi\epsilon\nu\mu\alpha$ $\delta\iota\acute{\alpha}\nu\alpha\iota\varsigma$ || $\acute{\alpha}\sigma\tau\epsilon\rho\sigma\iota\delta\epsilon\acute{\alpha}$ $\nu\acute{\alpha}\tau\alpha$ $\delta\iota\phi\epsilon\rho\epsilon\acute{\iota}\nu\omicron\upsilon\varsigma$ || $\acute{\alpha}\iota\theta\epsilon\rho\sigma$ $\iota\epsilon\gamma\acute{\alpha}\varsigma$ || $\tau\omicron\upsilon$ $\acute{\alpha}\epsilon\mu\upsilon\tau\omicron\tau\acute{\alpha}\tau\omicron\nu$ $\delta\iota$ $\text{O}\lambda\acute{\upsilon}\mu\pi\omicron\nu$. Caelius Aurelianus I 4 'tragicus poeta sacram noctem, hoc est magnam appellavit' quae ad Ennium potius quam ad Euripidem referenda videntur Buechelero ind. lectt. Bonn. 1877 p. 4.

¹ quae *Scaliger* que α ² signitenentibus *explanavit Hauptius Herm.* 1, 25

II

Liberum quaesundum causa familiae matrem tuae

Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — et in Andromeda . . . cf. Eurip. Androm. fr. 132 N°.

quaesendum *vulgo* quaesdum *cod.*

III

<A> filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.

Priscianus p. 733 P. 'filiabus . . . et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda . . . [id est Nereidibus.]' cf. *mus. Rhen.* 29, 219.

a *Bue*, qui iambs restituit; om. ω

IV

Serúpeo inuestíta saxo, atque óstreis squamaé scabrent. 100

Non. 169, 21 'scapres pro scabres.' (scabra res?) Festus p. 333 M. 'scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia atrectatu' (sic Paulus) ' . . . Ennius in An[dromeda] . . . tita saxa atque hos'

scrapeo *FL* inuestita *sc. terga* saxa *cod. Festi* ostreis] hos — *cod. Festi* squamae scaprent *Mercerus* quam excrabrent ω

V

Córpus contemplátur, unde córporaret uúlnerē.

Non. 20, 23 'corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere.'

torporaret *Bergkiius*

VI

. . . circúm sese uruat ád pedes, terra ócculit Cáput.

Festus p. 375 M. 'uruat Ennius in Andromeda. significat circumdat — ait autem: circum' e. q. s.

¹ a terra *cod.* occulit *Vossius* quadringentos *cod. ortum ex male intellectis occ litteris.* de numeris *cf. cor. com.* CVII

VII

. . . rúrsus prorsus réciprocát fluctús fera.

Non. 165, 11 'reciproca, recipe' (sic Harl. in mg.) ' . . . Ennius Andromeda . . . Idem 385, 1 'rursus, retro . . . Ennius Andromeda . . .'

rursus ψ russus *FH* riscus *W* p. 165 rusus *Palmerius* porsus *W* p. 385 prorsus *Palmerius* rursus proursus, ut *senarius fieret, conieceram* fera *Bergkiius* (*cf. hist. tr. R.* 169) feram ω

VIII

105 alia flúctus differt díssupat
Vísceratim mémbra, maria sálso spumant sánguine.

Non. 183, 17 'uisceratim.'

2 salso *Scriverius* salsa ω

Ad hanc fabulam pertinere suspicatus sum inc. nom. XIV—
XVI. Scaenam fortasse respexit Varro in satira $\pi\epsilon\sigma\lambda\ \xi\kappa\alpha\gamma\omega\gamma\eta\varsigma$
fr. II et VI B.: sed cuius poetae fabulam in mente habuerit,
plane incertum.

ATHAMAS

His érat in ore Brómíus, his Bacchús pater,
Illís Lyaeus útis inuentór sacrae:

Tum páriter euhan <eúhoe cantans> eúhium

110 Ignótus iuuenum coétus alterná uice

Iníbat, alacris Bécchico insultáns modo.

Charisius p. 214 P. 'euhoe . . . Ennius in Athamante: his
erat' e. q. s. Negaverunt post Bothium Welekerumque et
F. Albertus Lange quaest. metric. p. 16. 30 et Bernardus
Schmidt mus. Rhen. 16, 599 sq. tam puros atque elegantes
versus ab Ennio factos esse: cf. hist. trag. Rom. 205.

1 his erat *Fabricius* is erat *cod.* 2 Lyaeus *ed. pr. liseus cod.*
3 euhoe cantans *suppl. Bue* euhoe euhoe *Fabricius* euhoe
resonit euhan euhus \times 4 unusus *Vahlenus Herm.* 12, 400
5 insultas *cod. nota scriptura, de qua cf. Ritschelii opusc. II 715 sq.*
exsultans edd.

CRESPHONTES

I

Aui ínter sese sórtiunt urbem átque agros.

Non. 471, 1 'sortirent pro sortirentur sortiunt.
Ennius Cresfonte: an inter se' e. q. s.

auí *cum Buechelero scripsi an ω cf. coroll. XXII* sese
Vossius se ω

II

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro
aequare posuerunt. Ennius in chresponte
audi *Scaliger* audis *cod.*

[III]

Iniúria abs te adfíciór indigná, pater.

Nam si ínprobum esse Chrespontem exístimas, 115

Cur me huíc locabas núpíiis? sin ést probus,

Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?

Pater

duxí probum: 5

Erráui, post cognóui et fugio cógnitum.]

Rhet. ad Herenn. II 24, 38 'utuntur igitur studiosi in
confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo [1—4].
Quae hoc modo concluduntur, aut ex contrario conuertentur
aut ex simplici parte reprehenduntur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, nata, adficio iniuria.

Si probus est, <bene> locaui: sin est improbus,

Diuortio te liberabo incommodis.'

(2 bene locaui *Aldina* locaui ψ conlocaui ϕ 3 diuortii ψ
'Ex simplici parte reprehenduntur, sei ex duplici conclu-
sione alterutra pars diluitur, hoc modo: Nam si improbum
. . . nuptiis? — duxi probum [6].' Rhetoris, nunc totum
esse tres illos versus: nulla e. q. s. olim dixi, nunc totum
locum scholae reddendum esse adsentior Friderico Marx prol.
p. 132. Eadem figura usus est Plautus in Stichó v. 129 sqq.
(cf. quaest. scen. p. 353).

2 threspontem esse χ esse Cresphontem aestumaueras
Kayserus in ed. pr. esse Cresphontem <hominem> existimas
Vahlenus mus. Rhen. 16, 579 Cr. existimaueras *alii*

IV

Ducít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia. 120

Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro
quaerere, ut est apud Ennium — et in Chresponte . . .'

duxit *Scriverius*

V

Ego cum meae<met> uítæ parcam, létum inimico
déprecer?

Gellius VII (VI) 16, 10 'deprecor . . . significat abigo et
Scaen. poes. Rom. fragm. ed. RIBBECK.

amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte . . . (chresiphonte χ).

meae cum *Bothius* (m. num *coni.*) ne parcam *O. Seyffertus* *hebd. Berol. phil.* 1884 n. 6 non p. α

VI

Cresphontes

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque
inferum,

Pácem enim inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, quom nunc in controuersia, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem Chrespontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (thesprotum familiae M apud Marxium codd. threspontem E cf. *Vahlenus ind.* 1888/9 p. 17 cum mea hist. trag. Rom. 628 sq.) Cicero de inv. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, hoc modo: eho' e. q. s.

1 eho tu di (vel dii) quibus priore loco E, altero ω studiis M est] esse *Parisini duo An* scin tu, di scribendum? motum M 2 enim om. E se E, non male

VII

† o pie eam secum áduocant,

125 eunt ad fóntem, nitidant córpora

Non. 144, 14 'nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte . . .'

1 hospitem | sécuri aduocant, eunt e. q. s. conieci trag. Rom. p. 190; ceterum varia ex traditis litteris elicere conati sunt, ipse opiferam deorum praeter alia proposui, tum opiferam socium *Vahlenus olim, sed ind.* 1888/9 p. 18 δ pietas, eam secum pentametrum scil. trochaicum dimetiens. pedisecum olim, piant, secum nunc *Bue* Meropam secum adducunt α 2 fontem H fortem φ

VIII

Neque térram inicere néque cruenta cónuestire córpora
Mihí lícuit miseræ, néque lauere lácrimæ salsae
sánguinem.

Macrobius Sat. VI 2, 21 'Vergilius: nec te tua funera mater Produxi pressiué oculos aut uulnera laui. Ennius in Cresphonte . . .' (cresiphonte Par. Cressiphonte Anglie. Med. a Salisb.)

1 corpora Mihí *Bothius* mihi corpora ω 2 neque miseræ ω miseræ nec *Vossius* neque meae *Bue* salsum ω , om. Par. lacrimis salsis *Vossius, probavit Bentleius*

ERECHTHEVS

I

Quis núnc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

Gellius VII (VI) 16, 9 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior uel prece adhibita uel quo alio modo.' (eritheo Vat. eritheo alii: cf. M. Hertzius ann. philoll. 1862 p. 787). Non. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso . . . Ennius Eripiteo . . .' (Erepiteo GHL Erechtheo Muretus).

1 quis *Mercerus* (cf. coroll. XXIII) qui *Gellii* ω cui *Nonius* quibus edd. *Gellii* libertate para *Nonii* ω 2 meam miseriam *Nonii* ψ

II

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis. 130

Festus p. 162 M. 'neminis — — [Enni]us Erectheo: lapideo' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s.

multi corde *Paulus*

III

arma árrigunt:

Horréscunt tela.

Macrobius Saturn. VI 4, 6 'tum ferreus hastis Horret ager, horret mire se habet; sed et Ennius . . . et in Erechtheo . . .' (erecteo Par.)

argunt *Anglic.* rigent *Aldina*

Addi possunt ex inc. nom. fr. XVII. XXXIX. XLI. XLII, ex inc. inc. fab. XXVI.

EVMENIDES

I

132 <Ita> sápere opino esse óptimum, ut pro úiribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

Non. 475, 1 'opino pro opinor... Pacuuius Chryse: inueni opino esse optimum Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optimum' e. q. s. (Orestes... optimum om. Bamb.) cf. Aeschyl. Eum. 277 sq. λέγειν ὅπον δίκη Σιγῆν θ' ὁμοίως.

1 sq. tacere opino esse optimum et pro uiribus sapere atque ω, in quibus ut pro et corr. Scaliger sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius*

II

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem

Non. 292, 15 'exanclare, effundere.' cf. Aeschyl. Eum. 466 sq.

ulciscerem *Montispess.*

III

135 Id ego aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

Non. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius... Accius... Ennius Eumenidibus: id ego' e. q. s.

aecum accius fecisse ω aecum ac ius fuisse *Gulielmuis* eloquor *W* id ego ius atque aecum *Vahlenus ind.* 1888/9 p. 8

IV

Dicó uicisse Oréstem: uos facéssite!

Non. 306, 28 'facessere significat recedere.' Huc videtur referenda esse quae apud Varronem de l. l. VI 61 M. leguntur: 'dico originem habet Graecam... hinc Ennius: dico qui. hinc dicare, hinc iudicare.' Conicio scriptum fuisse dico uicisse. Huic versui praemisisse videtur Ennius inc. nom. XVIII. cf. Aeschyl. Eum. 752: ἀνὴρ ὄδ' ἐκπέφηνεν αἵματος δίκην. Ἴσον γὰρ ἐστὶ τὰρίθμημα τῶν πάλων.

Orestem: uos facessite *Bothius*, in quibus facessite, ut legitur in *Vrbín.*, praecitit *Junius*. De Latina nominis Orestem forma vide *Ritschelium opusc.* II 487 *adn.* Orestem (horestem

Vrbín. orestem *G*) uos ab hoc facessit (facessite *Vrbín.*) ω Orestem: hinc facessite vel Orestem: hinc uos facessite *Vossius*. Non commendaverim 'Ego dico uicisse Orestem: uos ab hoc facéssite

Praeterea huc referenda sunt inc. nom. XIX, inc. inc. fab. LXXI et LXXII.

HECTORIS LVTRA

Reddendum esse Ennio hunc titulum persuasit *Bergkii* cf. coroll. XXIII sq.

I

Nos quiéscere aequom est? nómus ambo Vlíxeum. 137
138

Diomedes p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt pro eo quod est nouimus, ita ut Ennius in Lustris...'

quiescere sonare quiescere probavit *Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 p. 77, idem *senarium dimensus. Titulorum exempla collegit Bue anall. philoll.* 1858 p. 69, *anthol. Lat. spec.* I p. 19: multo plura *Schuchardtius de vocalismo* II 448 sq. 514 sq. aequum (equum *Monac.*) vulgo Interrogandi signum vulgo deest Vluxeum in septenarii clausula *Bue mus. Rhen.* 15, 439 ulixem ω

II

Hectór ui summa armátos educít foras,
Castrísque castra Troiani inferre óccupant. 140

Non. 355, 15 'occupare est proprie praeuenire... Accius Eurysace... facere ultro in regem? idem Tereo... Turpilius... Ennius Haectoris listris...'

1 Hector ui *Mercerus* Hectore *B* Haector ei φ inducit *B* foras *Junius* in foras ω 2 Troiani inferre *Hauet* (ante hunc Troiana i. *Bue*) ultro iam ferre (fere *W*) ω ultro inferre *Mercerus* conferre ultro iam *Bergkii* (conferre *Vossius praecierat*) adultera inferre olim conieci occupant *Hauet* occupat ω

III

át ego, omnipotens <Iúppiter>,
Te expóscó, ut hoc consílium Achiuis aúxili
Fuát.

Non. 111, 15 'fuam, sim uel fiam... Ennius Haectoris lytris...' (listris *H²W*).

1 at ego] aego L 2 senarios in trag. Rom. p. 122 dedi
qui olim septenarium cum Bothio exhibueram; unum pentametrum troch. dimittitur Vahlenus ind. 1888/9 p. 19 ted
Bothius auxilii ω auxilio Vossius: genitivum etiam Reifferscheidius tuctur ind. lectt. Vratisl. 1885/6 p. 7; dativum flagitat A. Luchs stud. I 71

IV^a

Quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui
usurpát meum?

Non. 489, 27 'tumulti. Ennius Haectoris lystris:'
(sic LW lystris vel litris φ) 'quid hoc... meum.'

iambicum octonarium descripsit Bothius qui tumulti est Ba

IV^b

Quid in cástris strepiti est?

Non. 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris
lystris: quid in castris strepiti est?' (lystris Bamb.)
Coniungi utrumque frustum voluit G. Hermannus elem. d.
m. p. 295.

strepitus est W

V

145 Saéuiter fortúnam ferro cernunt de uictória.

Non. 511, 8 'saeuiter pro saeue... Ennius Hectoris
lystris...'

fortuna ω ferri Columna Fortuna ferro cernit Bothius

VI

'Ecce autem calígo oborta est, ómnem prospectum
ábstulit.

* * *

.... dérepente cóntulit sese ín pedes.

Non. 518, 18 'derepente... Ennius Hectoris lystris...'
Cf. Homeri II. XVI 790. 822.

1 oborta Ba aborta φ 2 pede Ba

VII

Quí cupiant dare árma Achilli, ei ípsi cunctent...

Non. 469, 25 'cunctant pro cunctantur. Accius...
Ennius Ambracia: bene mones: tute ipse cunctato, uide
fortem virum. Idem Hectoris lystris...'

ei ipsi proposui coroll. XXIV ut ipse ω: v. supra. ut ipsi
Janius cunctet H¹ supplementum sumere prop. Bue cf.
Vahlenus ind. 1888/9 p. 6

VIII

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é
manu.

Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro
aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte... et innectoris
lystris...' (corr. Vrsinus.)

quae Vrsinus que cod. hostibit e manu Ad. Schoellius
hostius manu cod. hostiuit e manu Scaliger hostiuit emanus
O. Mueller

IX

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine. 150

Non. 504, 32 'sonit pro sonat... Ennius Haectoris
lystris...'

aes N. Faber et ω haste terrae Ba

X

Cónstitit, credó, Scamander, árbores uentó uagant.

Non. 467, 31 'uagas pro uagaris... Ennius Hectoris
lystris...' (lystris HL corr. W) Contuli Homeri II. XXI
326 sq.

arboris ω uacant ut in Scipione Columna et Fruterius

XI

sublímiter

Quádrupedantes ... flammam hálitantes ... 153

Diomedes p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in
Lustris...' 154

1 sublimeriter Scriverius sublimeriter ut Par. B lublime iter
Par. A lublime item Monac. 2 quadrupedantis Par. B
s. flammam halitantes quadrupedes senarium prop. Bue

XII

155 íuferum uastós specus

Non. 222, 33 'specus genere masculino ... Ennius Lytris ...' Cf. Homeri II. XXIII 74.

XIII

Ducít quadrupedum bíugam <uim>, inuitám domat,
Euálida quorum infrénast nimis tenácia.

Non. 407, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris ...' (lystris Bamb.)

1 ducit *Bue* ducet ω adducit *ipse proposueram* bíugam uim, inuitam domat *conieci* iugo inuitam doma ω uim, iugo inuitam domat *Bue* 2 infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Ba*) infrenari minis ω cf. *coroll.* XXIV et ualida quous tenacia infrenast nimis *Vahlenus* infrena et u. quorum nimis tenacia *Bue*

XIV

... per nos ét ñostrum imperium ét fidem
<Meí,> Myrmidonum uígiles, commiseréscite!

Non. 472, 27 'commiserescimus ... Ennius Hectoris lystris ...' (listris Bamb.)

1 sq. *senarios suadente Bue constitui, qui septenarios olim trochaicos laceros exhibuerim; pentametrum troch. cum Bergkio dimetitur Vahlenus ind. lectt. 1885/6 p. 14, 1888/9 p. 19 per nos Palmerius seruos ψ useruos Ba et úrorú Ba uostrorum <omnium> Palmerius u. <ducum> x*

XV

160 Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtuté mali
Nánciscuntur: iús atque aecum se á malis spernít procul.

Non. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris ...' (listris W)

Versus quadratos agnovit et emendavit Fruterius 1 ius *Gulielmii eius* ω 2 nascuntur W

Eiusdem fabulae fortasse fuerunt inc. nom. VIII et IX.

HECVBA

I

undantém salum

Non. 223, 23 'salum ... masculini Ennius Hecuba ...' Contulit Hermannus Eurip. Hec. 26.

II

O mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis!

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ...' Reddita his esse Euripidea Hec. 68 $\acute{\omega}$ στεροπα *Áíos, ὃ σιωπία νήξ* monuit Scaliger.

III

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen
sánguine.

Non. 224, 6 'sanguis ... neutro.' Idem 466, 26 'lauare ... uetustatis auctoritas posuit etiam polluere ...' Idem 504, 6 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone ... idem Hecuba ...'

eheu *EF³L² bis H¹ p. 224 eu W p. 466 miserum ω p. 504 Ba p. 466*

IV

Haéc tu etsi peruérse dices, fáçile Achinos fléxeris: 165
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
'Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

Gellius XI 4 'Euripidis uersus (293 sqq.) sunt in Hecuba, uerbis sententia breuitate insignes inlustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens

*τὸ δ' ἀξιωμα, κἄν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούτων ἴων
κἄν τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταῦτόν σθένει.*

Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούτων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non uidentur: nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν*.'

1 tametsi *Lugd. X* 2 nam opulenti cum *Porsonus* nam cum opulenti ω namque op. cum *Scaliger*

V

miseréte anuis:

Date férrum, qui me animá priuem!

Non. 474, 30 'miserete.'

1 anuis *Scaliger, qui anapaestos agnovit. manus ω, sed in exp. in L*

VI

170 Senéx sum: utiná[m] mortem óppetam, prius quam éuenat
Quod ín pauperie et míseria grautér gemam!

Non. 494, 1 'pauperies pro paupertate.' Idem 507, 18 'euenat pro eueniat.' Columna perspexit Talthybbii esse apud Euripidem 497:

*φεῦ φεῦ γέρον μὲν εἰμ' ὄμως δέ μοι θανεῖν εἶη, πρὶν ἀλαχρᾶ περιπεσεῖν τύχη τιμί.*1 at iam *comieci* ut iam *x* (mortem utinam *idem*) tamen *O. Brugman* moriar mortem oppetam *ω p. 494* eueniat *ω p. 494* 2 pauperie et miseria *Bue* pauperie mea (pauperiem *Ba p. 494*) senex *ω* pauperie mea miser *proposueram*

VII

Vide hún[c], meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

Non. 115, 33 'guttatim...' cf. Eurip. Hec. 760 *ὄρεῖς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάξω δάκρυ;*hunc *Mercerus* hinc *ω* quem *Mercerus* quam *ω* lacrumae] meae *L*

VIII

Set núnquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, quo quis crúciatu perbíteret.

Non. 153, 28 'perbitere, perire...' Cf. Euripidis Hec. 802 sqq.

1 scripstis *Vossius* scripsistis *ω* qui *Junius* quis *ω* 2 quo quis *Vrbín.* quos quis *φ* quod is *comieci* is quo *Pontanus* cruciatur *ω*

IX

175 Quae tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commo-

dum dici uolunt...' cf. Eur. Hec. 829: ἢ τῶν ἐν εἰνῇ φιλάτων ἀσπασμάτων Χάριν τίν' ἔξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ; tibi: cf. *Skutsch Plaut. et Rom. p. 76 adn.* in cubio *ψ*

X

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

Non. 116, 28 'gratulari, gratias agere.'

XI

Servius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

Praeterea huic fabulae tribuenda inc. nom. XX et XXI.

IPHIGENIA

I

Agamemno

Quid nóctis uidetur in áltisono

Caelí clipeo?

Senex

temó superat

Stellás cogens etiam átque etiam

Noctís sublime iter.

180

Varro de l. l. VII 73 M. 'Quid noctis' e. q. s. [1-4] 'Hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu.' Ibidem V 19 M. 'itaque dicit Andromeda nocti [I] et Agamemno: in áltisono caeli clipeo, cauum enim clipeum; et Ennius item ad cauationem [374]' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — Ennius: superat — —' Apuleius de deo Socr. 13. 'suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus uariata caelamina.' Cf. Eurip. Iph. Aul. 6:

*Αγ. τίς ποτ' ἔσ' ἀστὴρ ὄδε πορθυμέει;**Πρ. Σείλιος, ἔγγυς τῆς ἐπταπόρου**Πλειάδος ἔσσων ἐτι μεσσηρης.*2 *Personas distinxit G. Hermannus: sola quid noctis uidetur? Agamemnoni tribuit Vossius 3 sq. stellas sublime agens (cogens Guelf.) etiam atque etiam noctis iter Varronis ω, in*

quibus augens *A. Spengelius* agitans *Vahlenus ind. lectt.* 1880 p. 13 stellas cogens sublime etiam a. e. n. i. *Scaliger*, in quibus stellas del. *Hermannus*, cogens ante iter transp. *Bergkiius* (cf. coroll. XXV) sublimen agens *Bue* cogens habet *Seneca* Hf. 128 4 noctis del. x

II

Agamemno

Procède: gradum proférre pedum,
Nitére, cessas, o fide . . ?

Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni; procede g. p. p. n. cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proférre pedum cessas? nitere.' Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 K. 'pedum . . . est baculum recuruum, quo pastores utuntur . . . ut ait Ennius in Ifigenia: gradum . . . fide. dici[stur] pedum]' e. q. s. teste Arnolfo Herrmanno ann. philoll. 1866 p. 66. cf. Eurip. 137 *ἀλλ' ἐγ' ἐρέσσω σὸν πόδα, γήρα Μηδὲν ὑπέκων.* Cicero Tusc. III 24, 57 his 'de paupertate agit . . . nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus' utrum Euripidem (16 sqq.) an Ennium in mente habuerit incertum est.

1 sq. pedum, Nitere, cessas? cum Festo Hermannus: cf. *Vahlenus l. l.* 16. nitere ad proferre olim rettuli (coroll. XXV)
2 o fide schol. Veron., om. Festus senex addidit Bergkiius

III

Chorus

'Otio qui néscit uti, plús negoti habet,
Quám si cuist negotiosus ánimus in negotio.
185 Nám cui quod agat ínstitutumst militi negotium
Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát
suum.

'Otioso in ótio ánimus néscit quid uelit.
Hóc idem est: em néque domi nunc nós nec militiáé
sumus:

'Imus huc, hinc illuc: cum illuc uéntum est, ire illuc
lubet:

'Incerte errat ánimus, praeter própter uitam uiuitur. 190

Gellius XIX 10, 11 'atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur' (uocabulum praeterpropter) 'scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro inscriptos' (scriptos?) 'esse hos uersus legimus: otio . . . uitam uiuitur. hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem; audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse praeterpropter et cum sententia quidem tali, quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, qui sit ignotus huiusce uersus sensus [8]' e. q. s. cf. ex Sophoclis Iphigenia fr. 287 N. *τίπτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή.*

1 sqq. cf. coroll. XXVI *uersui 1 respondere uolui v. 5*

2 quam cum est negotium in negotio ω, quae ad numeros suos revocare studui singula incerta esse non dissimulans: tradita tuctur *Vahlenus Herm.* 15, 262. quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 3 *In ras., sed a pr. m., Voss.* militi negotium comieci in illis negotiū *Reg. Voss. maior, in quibus nil nisi negotium latere Hertzio videbatur in illo negotium Vat. O Flor. N* in illo negotio *Vat. II, Voss. min. m. 2* is nullo negotio *Vossius* non ullo n. *Hermannus* is negotium *Bergkiius* in initis vel initio n. *Bue* 5 animus hominis nescit *Hermannus* quid agat, quid uelit *Dziatzko* 6 hic post idem inserueram em ψ, commendavit *Vahlenus* enim η nec *edd.* de ω 7 hunc *Reg. Voss. maior* hinc illinc *Voss. maior* illuc hinc *Par. Q.* probabat cum *I. Gronovio Hertzius* illuc *Par. Q* illinc ψ 8 uita *Salmasius*

IV

Agamemno

Quis homo te exuperáuit usquam géntium inpudéntia?

Menelaus

Quis autem malitiá te?

Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira . . . cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus interquentur

inter fratres grauissimae contumeliae, ut facile appareat Atrai filios esse.

1 usquam *Oxon. aliq., Bentleius* umquam φ 2 quis ted (vel tete) autem malitia scripseram quis item m. te *Fleck-eisenus* (cf. coroll. XXVII) qui autem m. te *Bentleius* quis te autem m. *Bouherius* equis autem m. te *Bergkius*

V

Agamemno

Ménélaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 41 H. 'aganactesis, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia ... Haec duo fragmenta (IV et V) libere translata ex Euripideis 327 ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός. 328 οὐκ ἀναισχύντου τόδε; 331 οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶνον οὐκ εἴσομαι; 384 εἶπ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὃ μὴ σφαλεῖς;

med scribendo iambo efficias (coroll. XXVII) restitat *Bentleius* restat ω

VI

Agamemno

Ego proiector quód tu peccas: tú delinquis, ego árguor.

195 Pró malefactis Hélena redeat, uírgo pereat innocens?

Túa reconciliétur uxor, méa necetur filia?

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 47 H. 'syncrasis sine antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc rettulit Columna.

1 malo in hac editione memoriam servare, quam tuetur *Vahlenus Herm.* 17, 605. ego proiector quod tu peccas; tu delinquas (delinquis *Rob. Stephanus*), ego arguor *ed. Basil.*, unde plector eruit *Pithoeus*, quem secutus *Bentleius* ut ego plectar ... arguar coniecit. egone plectar, tu delinques: tu pecces, ego arguar? *Porsonum* secutus olim dedi: cf. coroll. XXVII sq. ergo plector ego, tu peccas? tu delinquis, ego arguor *Fröhlichius* ergo plector, quod tu peccas? cum delinquas, arguor? x 3 necetur filia *Columna* negetur, filia mea *ed. Basil.*

VII

Plebés in hoc regi ántistat locó: licet

Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 598 Mign. 'prudenterque Ennius plebes, ait, in hoc' e. q. s. cf. epist. ad Heliod. 60, 14. Huc rettulit Columna contracta ex Euripideis 446:

ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον
καὶ γὰρ διακρῶσαι βλάβως ἀπὸ τοῦ ἔχει
ἅπαντ' αὐτὸ εἰπεῖν τῷ δὲ γενναίῳ φῶσιν
ἔνολβα τὰντα.

1 ut *Vahlenus ind.* 1880 p. 5 *Euripidis exemplo commendatum* loco tuetur idem large proposueram coroll. XXVIII

VIII

Achilles

'Astrologorum sígna in caelo quaésit obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur nómen aliquod 200
béluarum.

Quód est ante pedes, noénu spectat: caéli scrutatúr
plagas.

Cicero de rep. I 18, 30 laudato Ennii versu ann. 335 'cui ... in ore semper erat ille de Iphigenia Achilles: astrologorum' e. q. s. Idem de div. II 13, 30 'physicus, quo genere nihil arrogantius [3]'. Donatus in Ter. adelph. III 3, 32 'quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poeta de illo in physicum peruulgato Achillae' (ancillae ante Schopenum) 'dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.' Seneca de morte Claudii 8 'quid in cubiculo suo faciat nescit, et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult.' cf. Varro apud Nonium p. 369, 8. 382, 4: 'nos admirantes quod sereno lumine Tonuisset, oculis caeli rimari plagas.' Lacerum atque incertum Nonii testimonium p. 145, 13 'nepam quidam cancrum putant ad illud Plauti ... et illud aliud: aut cum nepa — — nam uere nepa scorpius dicitur.' Respicit etiam Minucius Felix 12, 7. Denique iuvat Platonis Theaetetus p. 174 laudare: ὥσπερ καὶ Θετλήν ἀστρονομοῦντα, ὃ Θεόδωρος, καὶ ἄνα βλέποντα, περὸντα εἰς φῶσος, Θεράπτη τις ἐμμελής καὶ χαλεσσά θεραπευαίνης ἐποσκῶσαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἐμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λαμβάνει αὐτόν. ταῦτόν δὲ ἀρκεί σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὄσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι. cf. Laertius Diogenes I 8, 34. In vates apud Euripidem invehitur Achilles v. 955 sqq.

1 quaesit *Iac. Leopardi* QVIDSIT *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius* OBSERVATIONIS *cod.* ob-

seruant: Iouis *Naekius* 2 momen *Ad. Kiesslingius dubitanter*
lumen *Heinrichius* beluae *Heinrichius* 3 noenu *Fleckeisenus*
nemo *Cicero* (cf. *coroll.* XXVIII) non *Donatus* spectat *Cicero*
uidet *Donatus* quod pro pedibust *ex Minucio* in caelo
quid fit obseruationis Cum — nomen aliquod beluarum: Quod —
nemo sp., c. scrutantur pl. *Vahlenus ind.* 1878 p. 5 sqq.

IX

Iphigenia

Acheróntem obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse
pro ad testis est Ennius — et in Iphigenia . . .' cf. Euripidis
v. 1375: *καθ'αυτὴν μὲν μοι δέδωκεν* v. τ. λ.

obibo *Aldina* adibo *cod.* obiacent *Aldina* adiacent *cod.*

X

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Iphigenia Aulide
duci se immolandam iubet, ut hostium' (sc. sanguis)
'eliciatur suo.'

204 Vnde Bergkius senarium

Vt hóstium eliciátur sanguis sáanguine

effecit, quem cum fr. IX coniungi iussit. Ex Euripideis huc
pertinent v. 1475: *ἔγχετέ με τὰν Ἰλίου καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολι*
et 1484 sq.

XI

203 . . . quae nunc abs te uiduae et nastae uirgines sunt

Seruius Fuld. in Aen. I 52 'nasto pro desolato ueteres
ponebant. Ennius Ifigenia . . .' Cf. Euripidis v. 1335 sq. Helena
incusatur.

senarium quae nunc sunt abs te uiduae uastae uirgines
proposui coroll. XXIX

Ad eandem fabulam rettuli inc. nom. XXII—XXIV et inc.
inc. fab. XI. XIII.

MEDEA EXVL

I

Nutrix

Vtinám ne in nemore Pélío secúribus 205
Caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,
Neue índe nauis íncohandi exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argiui ín ea delectí uiri 5
Vectí petebant péllem inauratam árietis 210
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era errans méa domo ecferret pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

MEDEA EXVL ex Euripidis Medea expressa: Cicero de fin.
I 2, 4 de titulo cf. *coroll.* XXIX

Rhet. ad Herenn. II 22, 34 'hic id quod extremum dictum
est satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur,
quibus hoc modo loqui concessum est: [1—7] Nam hic
satis erat dicere, si id modo, quod satis esset, curarent
poetae: utinam ne era errans mea d. e. p.' (additum in *codd.*
plerisque praeter Par. II v. 9 a librario docto statuit Marx) (a)
Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni [1. 2]
Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset
arbor! etiam supra: utinam ne esset mons ullus Pelius! simili-
literque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue
inde . . . coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur
illud [8. 9] non ut eae res causam adferrent amoris' (b)
Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod . . .
Crassus . . . paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio,
ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam
numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet
Medea animo . . . saucia.' (c) Priscianus de metris Terent.
c. 2 p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iam-
bis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea:
[1—8]' (d) Idem inst. p. 751 P. 'trabes pro trabs proferebant.
Ennius in Medea: [1. 2]' (e) Varro de l. l. VII 33 M. 'sic dictum
a quibusdam, ut una canes, una trabes . . . Ennius: [1. 2]' (f)
Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repe-
tendas, ut Medea, utinam . . . Pelio, quasi uero id eam
fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnae

ad t. trabes' (g) Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ne in n. P. unquam cecidissent ad t. t.' (h) Iulius Victor c. 12 (rhett. Lat. p. 415, 33 H.) 'cum remotum quod ulterius quam satis est petitur, ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' (i) Cicero de invent. I 49, 91 'huiusmodi est illa quoque conquestio [1. 2]: longius enim repetita est, quam res postulabat.' (k) Idem Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam utinam ne in nemore Pelio. Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendis necessaria.' (l) Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore . . . trabes.' (m) Idem de fin. I 2, 5 'an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum' e. q. s. (n) Idem Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias, per quas penetravit ea quae est nominata Argo, quia Argiui in ea dilecti uiri Vecti petebant pellem inauratam arietis.' (o) Hieronymus Marcellae viduae epitaph. (T. I p. 48 ed. Antwerp. 1578) 'quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: utinam ne in nemore Pelio.' (p) Adluserunt praeterea Orosius I 12 'nolo meminisse Medeae amore saeuo sauciae'; et Phaedrus IV 7, 5 'et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Pelii memoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala!' e. q. s. Expressa sunt ex Euripidis Med. v. 1 sqq.

εἶθ' ὄφελ' Ἄργους μὴ διαπιάσθαι σάκος
 Κόλων ἐς αἶαν κινεῖας Ἐμπληγάδας,
 μηδ' ἐν νέπαισι Πηλίων πεσεῖν ποτε
 τμηθεῖσα πέννη, μηδ' ἐρετῶσαι χέρας
 ἀνδρῶν ἀριστεῶν, οἳ τὸ πάγχρονσον δέρας
 Πελία μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
 Μήδεα πρόγονος γῆς ἐπλευσ' Ἰωλκίας,
 ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγείσ' Ἰάσονος κ. τ. λ.

Accuratius Enniana cum Euripideis comparavit Leo Plaut. Forsch. 86 sqq.

1—9 *Ex magna corruptelarum farragine hic elegi quae non essent nullius momenti.* 2 *Singulari numero usurpatum trabes testantur Varro et Priscianus, sed fuerunt qui pro plurali haberent: itaque factum ut alii caesa accedisset (vel cecidisset) alii caesae accedissent (cecidissent) tradiderint.* caesae a: *plerique; bdkm* accedisset e: *cf. v. 77* accidisset f (cesa saccidisset Flor.) accedissent a: *Wirzeb.; b: Vindob.; k: Par. m. 1* accidissent l: *ψ; m: plerique* cecidisset a: *Bern. Par. II;*

cecidissent a: *plerique; b: Leid. A m. 2 B* (ce in ras.); d; h (cf. g supra); i; k: *plerique; l: Colon. m: Erlang.* cecidissent b: *Leid. A m. 1* abiegnae e (sed in terram abiegnae); f; om. k. abiegnae ab dgl abiegnae m ad ignē a: *Wirzeb.* in terram e; g: *Bamb. m. 2* in ras. a terram g: *Ambros. m. 1* 3 naues a: *Wirzeb. Par. m. 1* inchoandi a: *Bamb.; b: optimi, Mamutius; cf. Leo Plaut. Forsch. 327* inchoandae a: *Corb. Par. m. 2 Darmst. b: Salisb.* inchoanda a: *Bern. d* inchoandas a: *Wirzeb.* inchoans a: *Par. II* inchoandum a: *Leid.* 4 coepisset (vel caepisset) a: *plerique; b: Leid. B* cepisset a: *Par. Wirzeb. m. pr.; b: Erlang. d: Par. A* (sed corr. coepisset), *Leid. V* (corr. ea cepisset) 5 sq. secundum o constituerunt *Scrivierius et Halmius anal. Tull. I 16.* Argo qua uecti Argiui dilecti uiri Petebant illam pellem inauratam arietis d 5 quia o. qui a: *Wirzeb.* qua a: *plerique* Argiui . . . uecti a: *m. 2* in ras. *Par.* in eadem lecti a: *Wirzeb. Bern.* qua uecti argiui a: *Corb.* qua argiui delecti uiri a: *Bamb. Leid. Darmst.* 6 uecti a: *om. Corb.* 9 aegro codd. aliquot in abc. reliquas turbas librorum referre non opus est. *De Graeca nominis Medea elisione Lachmannus in Lucr. III 374 p. 162*

II

Paedagogus

Antiqua erilis fida custos corporis,
 Quid sic te extra aedis exanimata eliminas?

215

Non. 39, 1 'eliminare, extra limen eicere . . . Ennius Medea exsule . . . Idem 292, 15 'eliminare est exire. Ennius Medea exule . . . Euripidis v. 49:

παλαιὸν οἴων κτήμα δεσποίνης ἐμῆς,
 τί πρὸς πόλαισι τήνδ' ἄγονε' ἐρημίαν
 ἔστηρας ἀπὲρ θροονέμη σαρτῆ κακῆ;

2 sic te *Mercerus* sit ω eliminas *ms. Fabri p. 292* eliminat φ p. 292 elimina ω p. 39

III

Nutrix

Cupido cepit miseram nunc me proloqui
 Caelo atque terrae Médeai miserias.

Cicero Tusc. disp. III 26, 63 'sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix . . . Euripidis v. 57:

ᾠσθ' ἡμερὸς μοῦπηλθε γῆ τε κούρανῶ
λέξαι μολούση δεῦρο Μηδείας τόχας.

2 Medeaī Turnebus Medaeae ω

IV

.. fluctus uérborum aures aúcupant.

Non. 467, 15 'aucupauī, actium positum pro passiuo...
Ennius Medea... Cf. chori v. 131 apud Euripidem:

ἔκλυον φωνέν, ἔκλυον δὲ βοάν
τὰς θυστάνον || Κολχίδος

fluctus Junius in mg. fructus ω fremitus x

V

Medea

Quaé Corinthum arcem áltam habetis, mátronae opu-
lentae, óptumates!

* * *

220 Múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
Múlti, qui domi aétatem agerent, própter ea sunt ín-
probati.

Cicero ad famil. VII 6 'desideria urbis et urbanitatis
depone et quo consilio profectus es, id assiduitate et uirtute
consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam igno-
uerunt Medaeae, quae C. a. a. habebant, m. o. optimates:
quibus illa manibus gypsatisimis persuasit, ne sibi uitio illae
uerterent, quod abesset a patria: nam multi' e. q. s. 'Quo
in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus... et quoniam
Medeam coepi agere, illud semper memento [XV].' Contulit
Politianus Misc. cap. 27 Euripidis v. 214:

Κορινθιαὶ γυναῖκες, ἐξήλθον δόμων,
μή μοι τι μέμνησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγάτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἄφ' ἡσόχου ποδοῦ
δύσουλειαν ἐπέσαντο καὶ ἔφθνυμιαν.

quorum mentem non recte adsecutum esse Ennium monuit
praeceunte Mureto var. lect. VIII 17 Elmsleius.

1 Versus agnovit primus Angelus Politianus Corinthum
probavit Bentleius Corinthi Lambinus Quem inter 1 et 2 olim
fuisse significavi versus Elmsleius ad Eur. Med. 209 e Cice-
rone hunc concinnavit: né mihi uitio uós uortatis, á patria
quod ábsiem

VI

Medea

... nam tér sub armis málim uitam cérnere,
Quám semel modo párere.

Varro de l. l. VI 81 M. 'cerno... pro uideo ait
Ennius... Canius... Ab eodem est quod ait Medea: ter'
e. q. s. 'quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum
uidetur uitae finis.' Non. 261, 18 'cernere rursus dimicare
nel contendere... Ennius in Medea exsule [1].' Idem
261, 6 'cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: nón
uides apud Ennium 'Esse scriptum, ter sub armis
malim uitam cernere Quám semel modo parere?'
(Ennium Aldina in corrigendis, om. libri) Euripides v. 250:

ὡς τοὺς ἂν παρ' ἀσπίδα
σῆναι θέλωμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκνίω ἔπαξ.

1 nam om. Varro

VII

Creo

Si té secundo lúmīne hic offéndero,

Moriére.

225

Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec
imperia [inc. inc. fab. LXXXVII] et illae minae: si te' e. q. s.
Idem ad Attic. VII 26, 1 'Caesaris interdicta [1] respuuntur.'
Huc rettulit Scaliger Coni. p. 60. Euripidis sunt v. 352:

εἰ σ' ἢ πλοῦσα λαμπρὸς ὕψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμῶνων χθονός,
θανεῖ.

1 hoc ω pro Rab.

VIII

Medea

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.

Nám ut ego illi súpplicarem tánta blandiloquéntia,

Ni ób rem?

227^b

Cicero de nat. deor. III 25, 65 (post magnam lacunam)
'Nequaquam' e. q. s. 'parumne ratiocinari uidetur et sibi
ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida
ratione! [inc. inc. fab. XC] qui est uersus omnium seminator
malorum. [IX] Hanc uidelicet rationem, quam uos diuino bene-

ficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [inc. inc. fab. XCIII.] Haec ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Euripidis v. 365:

ἀλλ' οὔτι ταύτη ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πο.
ἔτ' εἶσ' ἀγῶνες κ. τ. λ.

368 δοκεῖς γὰρ ἂν με τόνδε θραπεῦσαι ποτε
εἰ μὴ τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Versus 1—3 insecutum inc. inc. XC et cum fr. IX coniunctum fuisse putat Vahlenus.

Continuari v. 1 sqq. suasit Vahlenus ind. 1877 p. 6
2 illis ω, sed cf. Eur. Med. 368 3 ni ob rem Ennio reddi iussit
Vahlenus ni orbem Vindob., om. Glog. niobem Leid. A Erl.
Aniobem Pal. niobe Leid. B in ionem, supr. niobem Leid. C

IX

Medea

Ille trauersa mente mi hodie tradidit repágula,
Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem
dabo,

230 Míhi maerores, ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi.

Cicero de nat. deor. III 25, 66 (cf. VIII.) Euripides v. 371:

ὁ δ' ἐς τοσοῦτον μορίας ἐφίκετο,
ᾧστ', ἐξὸν αὐτῷ τὰ μ' εἶεν βουλευμάτα
γῆς ἐμβαλόντι, τήνδ' ἐφήκεν ἡμέραν
μείναι μ', ἐν ἣ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροῦς
θήσω κ. τ. λ.

398: πικροῦς δ' ἐγὼ σφιν καὶ λυγροῦς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κήδος καὶ φρυγᾶς ἐμᾶς χθονός.

1 de pronominis ille mensura cf. Skutsch Plaut. et Rom. 122
2 perniciem Leid. A perniciem corr. in perniciem Vindob.
De hac forma, quam testatur Donatus GL IV 392 (V 324) post
Kochium exercit. critt. et Bergkium ephem. antiq. XIII 300
disputavit Corssen symb. critt. 266 sqq., novam doctrinam
protulit Bergkiius symb. ad gramm. Lat. I p. 154 sqq.

X

Medea

Quo núnc me uortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne ánne ad Peliae fíliás?

Cicero de orat. III 58, 217 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: quo' e. q. s. Haec Gracchus apud Ciceronem de orat. III 56, 214 et apud Quintilianum XI 3, 115 et ipse Cicero pro Mur. 41, 88 imitati sunt. Euripidis sunt v. 502:

νῦν ποὶ τραπάμαι; πότρεα πρὸς πατρός δόμους,
οὗς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτρην ἀφικόμεν;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελοπείδας;

XI

Iaso

Tú me amoris mágis quam honoris séruauisti grátia.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris' e. q. s. 'Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet, se coniugem habuisse [inc. inc. fab. XCV.]' Cf. Euripidis v. 530:

ὡς Ἔρωσ σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοῦμὸν ἐπισῶσαι δέμας.

seruauisti Cratandrina seruasti ω

XII

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem

Non. 170, 10 'sublimare, extollere. Ennius Medea...'
Cf. Euripidis v. 764: ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζητὸς Ἥλιον τε φῶς.

sublimas Columna, fortasse recte, sed addidisse potest poeta
e. c. sit testis

XIII

Medea

... saluete, óptima corpora!

235

Cétte manus uestrás measque accipite!

Non. 85, 1 'cette significat dicite uel date ab eo, quod cedo... Ennius in Medea...' Euripides v. 1069:

δοτ', ὦ τέκνα,
δοτ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιῶν χεῖρα.

1 optima pignora H. Stephanus o pia pignora α

XIV

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui res omnís spicis,
 Quíque tuo <cum> lúmine mare térram caelum cóntines,
 'Inspice hoc facinús, prius quam fiat: prohibesseís scelus!

Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 16 K. 'similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus: Iuppiter' e. q. s. 'nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet.' Euripides v. 1251:

ὦ Γᾶ τε καὶ περφαῖς
 ἀπὲς Ἄελλο, κατὶδὲτ' ἴδετε τὴν
 ὀλομένην γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
 τέκνοις προσβαλεῖν χεῖρ' αὐτοκτόνον.

1 qui res omnis ω qui omnis res *H. Keilii* res qui omnes *Vossius* res omnes qui *Porsonus* spicis *Vahlenus mus. Rhen.* 14, 566 inspicis ω 2 tuo cum lumine *idem* tuo lumine ω lumine tuo *Porsonus* obtutu luminis *Bue maria Porsonus* (cf. coroll. XXIX) contues *Vossius* quique maria terram caelum contines tuo lumine *Fleckeisenus* 3 fiat *vulgo* fit ω prohibesseis *Fleckeisenus* prohibesse et *Par.* prohibesse *Vat.* prohibessis *Bothius* prohibe *Egnatius* hoc prohibe *Vossius*

XV

240 Qui ípse sibi sapiéns prodesse nó n quit, nequiquám sapit.

Cicero ad famil. VII 6 (cf. V) Idem de off. III 15, 62 'haec igitur est illa perniciēs, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret.' Sententia Euripidis est fr. 905 N²: μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός.

ipsus *Columna* ipsi *Spengelius* in *senariis*

XVI

'Vtinam ne umquam, Méde, Colchis cúpido corde pédem
 extulisses!

Non. 297, 16 'efferre significat proferre . . . Ennius Medea . . .' cf. Euripidis v. 431 οὐδ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῶων ἐπλευσας *Μαινομένης κραδίᾳ*.

Mede *nominis formam vindicavit Meinekius anal. Alex.*

p. 45 Colchis *Fruterius, Lipsius* cordis ω extetulisses *coni. Bue anapaestis: cf. coroll. XXX*

Inserenda praeterea huic fabulae sunt inc. nom. XXV, inc. inc. fab. XCIV, fortasse etiam LXXXVII. LXXXIX. XC. XCI (LXXXVIII?).

MEDEA

Asta átque Athenas ánticum, opulentum óppidum
 Contémpla et templum Céreris ad laeuam áspice.

Non. 470, 3 'contempla . . . Ennius Medea: asta . . . contempla.' Varro de l. l. VII 9 M. 'in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea: contempla' e. q. s. 'contempla et conspiciare idem esse apparet.'

1 atq. atq. *Ba* anticum *Rothius* anticum ω antiquum *ed. pr.*

MELANIPPA

I

Certátio hic est núllo quin monstrúm siet: 245
 Hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Cf. Cicero de off. I 31, 114.

Non. 469, 5 'auguro . . . Ennius Melanippo . . .' (Melanippo W Bamb. Harl. Melanippo Leid. Melanippa Columna.)

1 certatio *Passeratius* certo ω nulla *Ba L* nullum ϕ nullum dubium *Bergkius*

II

Mi auscúlta, nate: púeros iube cremárier. 246

Non. 246, 11 'auscultare est obsequi . . . Ennius Melanippa . . .'

1 mi *Fruterius* mihi ω 2 iube cremarier *vel* cremitari iube *Bothius* cremari iube ω comburi iube *x. De re cf. coroll. XXX*

III

. . . regnúmque nostrum ut sóspitent 250
 Supérstitentque.

Non. 176, 2 'sospitent, saluent.' Idem 170, 14 'superstitent, saluent.' (Menalippa W p. 176)

1 ut om. ω p. 176 Fortasse uno versu regnūmque nostrum sóspitent superstitent

IV

Lumine sic tremulo terra et caua caerula candent.

Macrobius Sat. VI 4, 7 'splendet tremulo sub lumine pontus: tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe ...'

anapaestos dimetitur α : cf. coroll. XXX

V

... cum saxum scícliderit.

Priscianus p. 890 P. 'scindo, scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant ... Ennius in Melanippa: cum

s. s.' (in melanippa om. Sang. imlanippa Reg. in melanippa Bamb. Bern. in menelāpa Carolir. in melāpa Grut.) Gellius VI (VII) 9, 16 'praeterea inueni a uerbo scindo simili ratione non sciderat sed sciciderat dictum esse. L. Accius ... Ennius quoque [in Melanippa: cum s. s.] Valerius Antias' e. q. s. Supplevit Iac. Gronovius.

scisciderit Reg.

VI

Gellius V 11 'inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est ... qualis a Q. Ennio 'in Melanippa perquam eleganti uocabulo stata dicitur ... Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.'

Quae numeris sic conclusit Bue: uidi eas ferme fēminas 'Incolumi e. q. s.

Melanippae esse suspicatus sum etiam inc. nom. XXXIV.

NEMEA

I

Teneór consipta, undíque uenor.

Non. 183, 14 'uenor, circumuenior. Ennius Nemea ...'

(menea, sed corr. ut sit nemea, W Medea Bentinus) cf. Pauli Festus p. 62 M. 'consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.'

consipta Vossius ex Paulo concepta W conseptata φ

II

Pecudí dare uiua maríto

255

Priscianus p. 659 P. 'hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea ... Potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam: aquila maritus uel rex auium.'

pecodi Sang. uiua χ uiuā Bern. alt. m. corr. uiuam φ iura conieci trag. Rom. p. 162 maritus add. Reg. m. 2 pecudí dare uiuam marino Grotius

PHOENIX

I

Stúltus est qui <nón> cupienda cúpiens cupientér cupit.

Non. 91, 8 'cupienter, cupidissime ... Ennius Foenice ...'

stultust Vossius non inserui nec Bergkii cupienda idem cupida ω cupidam Vahlenus Herm. 12, 399 cupida mente idem ind. 1888/9 p. 16 cupita olim dedi

II

Séd uirum uerá uirtute uíuere animatum áddecet Fórtiterque innóxium orare áduersum aduersários.

'Ea libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat:

'Aliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent. 260

Gellius VI (VII) 17, 10 (de significatione uocabuli, quod est obnoxius) 'iam uero illud etiam Q. Enni ... quod scribit in Phoenice in hisce uersibus ...'

1 uirtute uera Bothius 2 orare scripsi coroll. XXXI uacare Reg. uocare φ stare Bentleius facere Bue innocuum uerare Vahlenus Herm. 12, 254 aduersus χ ad Bothius 3 ea libertast, si qui Acidalius, sed cf. coroll. XXXI 4 obnoxiosae Acidalius obnoxio se vel sim. ψ obnoxiae χ

III

Plús miser sim, sí scelestum fáxim quod dicám fore.

Non. 507, 22 'faxim, fecerim. Ennius Foenice...'

sim *Delrio* sum ω scelestum *ed. pr.* scelestim ω

IV

... <nec> tú metuisti crédere? —

Tuque éxercere línguam, ut argutárier

Possís?

Non. 245, 25 'argutari dicitur loquacium, proloqui. Ennius quoenice tum tu isti credere atque exerce línguam' e. q. s. (Phoenice: tum Mercerus.)

1 tu metuisti *conieci coroll. XXXI (olim)* potuisti tum tu isti ω tutum isti *Bothius* crede *GHL* 2 tuque *scripsi* atque ω exercere *Vrbín. 308* exerce φ línguam *Basil. Montep.* língua ψ tum tu isti credere | nolito atque exerce l. ut possis argutarier α tum tu isti congregere atque exerce l. ut a. Possis *Bue*

V

265 Quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit!

Non. 512, 8 'duriter pro dure... Ennius Foenice...'
(In Bamb. nihil extat praeter duas voces extremas) Charisius p. 178 P. 'duriter. Terentius in Adelphis... ubi Acron: secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice...'
(poenice cod.) Cf. *Plauti Merc. 176*

VI

Saéuiter suspícionem férre falsam fúttílum est.

Non. 511, 5 'saeuiter pro saeue...'

VII

Vt quod factum est fúttíle, animi uós feratis fórtiter.

Non. 514, 13 'futtile, futtiliter. Ennius Foenice...'
futile *Ba* animi *commendavi coroll. XXXI sq.* amici ω a me *prop. Bue* animis α uos feratis *ed. pr.* uos fueratis ψ non fueramus *Palat. nos feramus ed. 1480*

VIII

Tbi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

Non. 518, 5 'derepente...'

in salsum α

His addi iusseram inc. nom. XXVI inc. inc. fab. CXVII inc. inc. pall. v. 60.

TELAMO

I

Telamo

'Ego deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum, Séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus: 270 Nám si curent, béne bonis sit, mále malis, quod núnc abest.

Cicero de div. II 50, 104 'an noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo [1. 2]. Et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. Sed nihil est necesse dicere quae secuntur: tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.' Idem de nat. deor. III 32, 79 'Telamo autem uno uersu totum locum conficit, cur di homines neglegant [3].' Idem de div. I 58, 132 (cf. II

II

Séd superstitiósi uates ínpudentesque árioli,
Aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
Quí sibi semitám non sapiunt, áleri monstránt uiam,
Quíbus diuitias póllicentur, áb eis dracumam ipsí petunt. 275
[De hís diuitiis síbi deducant dracumam, reddant cétera.]

Cicero de div. I 58, 132 'nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa ariolentur... agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum augurem, non picanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum. Non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini, sed superstitiosi' e. q. s. 'Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus.' Ennianus versus demum a uerbis 'sed superstitiosi' incipere intellexit Bothius.

1 sed *utrum Ennii sit an Ciceronis, dubitari potest* 2 aut insani, quibus *Hermannus* 4 dracumam: cf. *Ritschelii opuse. II 469 sqq.* drachmam *Leid.* B¹ dracmam vel dragmam ψ *Versum* 5 non potui mihi persuadere ab *Ennio* potius prioribus adiunctum quam lectoris alicuius lascivia confictum esse drachumam ψ dracmam vel dragmam *Leid.* B² *Vind.*²

III

Móre antiquo audíbo atque auris tibi contra utendás dabo.

Non. 506, 1 'audibo pro audiam. Ennius *Telemone...* atque *Ba* neque φ utendos *Ba* tu ibi c. u. dato x

IV

Scíbas natum ingénuum Aiace, cui tu obsidioném paras.

Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius in *Telamone* quom ait...'

V

Nam ita mihi *Telamónis* patris, aui *Aéaci* et proauí Iouis

280 Grátia ecstet átque hoc lumen cándidum clarét mihi

Non. 85, 23 'claret, clara est' (sit x) 'uel clareat...'

1 aui *Aeaci* *Bergkii* atquefaci ω atque *Aeaci* *Vahlenus acad. Berol. rel.* 1888 p. 32 sqq. 2 ecstet *scripsi* (*coroll.* XXXII) ea est ω adsit vel astet *Bue* esse est *Vahlenus miro acumine* mihi clareat *Onions* sententiam intellego hanc: ita mihi hoc lumen extet atque clareat gratia maiorum. cf. *cor. com.* CX

VI

Eándem me in suspícionem scéleris partiuít pater.

Non. 475, 25 'partiret pro partiretur...' in me *Delrio* me, om. in, H¹

VII

Deúm me sentit fácere pietas, cíuium porcét pudor.

Non. 160, 4 'porcet significat prohibet...' sentit ω, *tuetur Vahlenus Herm.* 15, 260, quem interim sequor

dubitanter. sinit id *Bue* sancit *Bergkii* renuit *Vahlenus Herm.* 12, 254 retinet *Baehrens* incendit *Lipsius* dein senis me *Hermannus*: an dein me senicis? (*cf. coroll.* XXXII)

VIII

Stráta terrae láuere lacrumis uéstem squalam et sórdidam

Non. 172, 20 'squalam pro squalidam.' Idem 504, 3 'lauere inde tractum est.'

terra *BaH* p. 504, *Hermannus* squalidam ω p. 504

IX

abnuebunt

Diomedes p. 378 P. 'uerum apud ueteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octauo *annalium*: certare abnueo' e. q. s. 'item in *Telamone* ex eo futurum abnuebunt.'

abnuebant *Par.*

Eiusdem fabulae est inc. inc. fab. XLV, fortasse etiam inc. nom. XXVII et LXII.

TELEPHVS

I

Regnúm reliqui saéptus mendicí stola. 285

Non. 537, 25 'stolam ueteres non honestam uestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius *Telefo* [III] idem in eadem: regnum' e. q. s.

mendici *Leopardus* medici ω

II

Palám muttire plébeio piáculum est.

Festus p. 145 M. 'muttire, loqui. Ennius in *Telepho*...' *Paulus* p. 144 M. 'muttire, loqui. Ennius...' *Phaedrus* III epil. 34 'ego quóndam legi quam puer sententiam *Palám*... periculum est, Dum sanitas constabit pulchre meminero.' *Contulit Welckerus* ex *Euripidis Telepho* fr. 703 N². μή μοι φθορήσητ', ἐνδοξες Ἑλλήνων ἄνθρωποι, εἰ πτωχὸς ἂν τέλῃν' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

III

Caedem caueo <hoc> cūm uestitu, squālida saeptūs stola.

Non. 537, 25 (cf. I) Festus p. 329 M. '[squalidum in]cultum et sordidum — — — in Telepho: quam ue stola.' Cf. Euripidis Teleph. fr. 697 N². πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβὼν ἑκὼν Ἀλκίηρια τόχης (αίχμης?)

caedem caueo *Geelius* cedo et caueo *Nonii* ω cedo et abeo *Madvicius* eum *Nonius* quam (sc. quom) *Festus* uestitu *Geelius* uestitus *Nonii* ω ue— *Festi cod.*

IV

. . . qui illum dī deaeque mágno mactassínt malo!

Non. 342, 15 'mactare malo adficere significat . . . Ennius Telefo . . .' Contulit Geelius de Telepho Eur. p. 26 Euripidis Tel. fr. 720 N² κενῶς δλοίατ' ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

senarium praetulit *Bue*

V

. . . . uérum quorum líberi letó dati
290 Súnť in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

Non. 15, 12 'enoda significat explana . . . Ennius Telefo . . .'

VI

Et cíuitatem uídeo Argium incéndere.

Non. 429, 4 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae . . . Ennius Telefo . . .'

incendier *Aldina*

VII

Deúmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

Non. 490, 12 'itiner pro iter.'

de *om. W*

VIII

Te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
Aduórsum illam mihi.

Non. 232, 25 'aduorsum rursus apud significat . . . Ennius Telefo . . .'

1 ted ipsum op. hoc *olim scripseram* 2 aduorsus *x*

Praeterea ad hanc fabulam revocavi inc. nom. XXVIII. XXIX, inc. inc. fab. XIV—XVII.

THYESTES

TYESTES acta ludis Apollinaribus a. 585: Cicero Brut. 20, 78.

I

Sét me Apollo spé delectat, dúctat <dictis> Délphicus. 295

Non. 97, 32 'delectare, illicere, adtrahere. Ennius Theeste . . .' (Theeeste olim scriptum fuit.)

spe *Bue* ipse ω ipsus *Bothius* dictis *suppl. Onions, om. ω*
spe delectat laeta *conieceram* *Tradita, ut quae cret. dim.*
cum tetrap. troch. catal. expleant, mutari vetat Vahlenus ind.
1888/9 p. 9

II

Sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

Non. 255, 25 'crepare, ferire.'

III

Ibi quíd agat secum cógitat pensát putat.

Non. 369, 25 'putare, animo disputare . . .'

cogitet *LW* pensat *scripsi* parat ω paritat *Bue* curat
Studemundus uorsat *Luchs*

IV

Quemnáam te esse dícam, qui tárda in senéctute —?

Cicero orat. 55, 184 'quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse uideatur oratio . . . quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, uelut illa in Thyeste: quemnam' e. q. s. 'et quae sequuntur: quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima.' cf. Varronis sat. *περί ἑξαγωγῆς* apud Non. 336, 27 'quemnam te esse dícam, ferá qui manu corporis' e. q. s.

senectute ω: *ante vocalem in continuitate numerorum ferri potuit. senecta Bothius*

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. RIBBECK.

V

299 Impetrem <fac> fáciie ab animo ut cernat uitalem
300 abigeum.

Non. 261, 15 'cernere, indicare ...'

fac facile *coni. coroll. XXXIII* facile ω fac ille *Vahlenus*
mus. Rhen. 16, 579 facite *Delrio* cernet *GH* abigeum
scripsi: cf. CGL. II 3, 33. 234, 20 IV 3, 15. 201, 14. 301, 25
V 43, 4 babium ω halitum *Junius in mg. habitum Vahlenus*
Herm. 12, 254 uiam *Bue*

VI

Sín fracebunt cóndiciones, répudiato et réddito.

Non. 110, 15 'flaccet, languet, deficit ...'

sin *Gulielmius* in ω fracebunt *prop. coroll. LXXV* flacce-
bunt *Nonius* reicito x

VII

'Aspice hoc sublímen candens, quem ínuocant omnés
Iouem.

Festus p. 306 M. 'sublímem?' (sublímén Paulus) 'est
in altitudínem elatum, ut Ennius in Thyeste ...' Cicero de
nat. deor. II 2, 4 'quid enim potest esse tam apertum ... cum
caelum suspeximus ... quam esse aliquod numen ... quod ni
ita esset, qui potuisset adsensu omnium dicere Ennius: aspice'
e. q. s. Ibidem 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut
supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice' e. q. s. Ibidem III
4, 10 'primum fuit, cum caelum suspexissemus, statim nos
intellegere, esse aliquod numen, quo haec regantur. Ex hoc
illud etiam: aspice' e. q. s. Ibidem 16, 40 'sit sane deus ipse
mundus. Hoc credo illud esse sublímé' e. q. s. Apuleius
de mundo c. 33 p. 363 Oud. 'Romanus etiam poeta sic sensit:
aspice' e. q. s. Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 11 K. 'Ennius:
aspice' e. q. s. Contulerunt Euripidis inc. fab. fr. 941 N²: ὄρας
τὸν ὄψοῦ τόνδ' ἐπειρον αἰθέρα κ. τ. λ. τούτων νόμιζε Ζῆνα,
τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

sublímén *Verrius Flaccus ut videtur, Apulei ms. Bene-*
dictinus, Scaliger ad Varr. de re rust. p. 235 veteres *Apulei*
libros antestans: cf. Ritschelius opusc. II 463 sq. sub lumíne
mss. Vossiani Apulei sublímé *Festi cod., Apulei Florentinus,*
Probus, Ciceronis ω ínuocant *corr. ex* ínuocat *Leid. B de*
deor. nat. II 2, 4 uocant *Festus et Probus*

VIII

Thyestes

Nolíte, hospité, ad me adíre: ilico ísti:

Ne cóntagió mea bonís umbraue óbsit.

Tánta uis scéleris in córpore haeret.

305

Alius

Quidnam ést, obsecró? quid te adíri abnutas?

Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'qualis enim tibi ille uidetur
[inc. inc. fab. LVII]? Iouis iste quidem pronepos. Tamne
ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit [1-3]. Tu te,
Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?'
Idem de orat. III 41, 164 'nolo esse uerbum angustius id quod
translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: [4].
melius esset uetas prohibes absterres: quoniam ille dixerat
ilico ... obsit.'

1 sqq. *baccheos agnovit Bentleius* isti *Pith. Monac. Tusc.*
istic ψ *istinc Wesenbergius* 3 *bacchiacum versum explent prae-*
misso meo Bentleius, stetit Lachmannus: creticum olim addito
in fine meo effeci, sed cf. coroll. XXXIII sq. 4 *adiri (vel abire)*
abnutas ω : *bacchei clausula iambica excipiuntur.* *abnutas adiri*
scripseram *adiri renutas Bentleius* *adiri* *abnutas Vahlenus*

IX

Heú heu, mea Fortúna, ut omnia ín me conglomerás
mala!

Non. 90, 15 'conglomerare, inuoluere, superaddere.
Ennius Tithe ...' (thyete *Vrbín. 307 Thyeste ante Mer-*
cerum.)

heu heu *Vossius* heu *Vrbín.* eu φ eheu *Lachmannus*
glomeras W

X

... e quá mihi maxime hódie hic contigerít malum.

Non. 268, 12 'contingere, enenire ... Ennius Tyeste ...'

e qua *Bue* quam ω hic hodie ω

XI

Thyestes

Ipse summis sáxis fixus ásp̄eris, euísc̄eratus,
310 Látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro

* * *

Néque sepulcrum, quó recipiat, hábeat portum córporis,
Vbi remissa humána uita córpus requiescát malis.

Cicero Tusc. disp. I 44, 107 'execratur luculentis sane uersibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc sane; talis enim interitus non est sine graui sensu; illa inania [1. 2]. Non ipsa saxa magis sensu omni uacabunt quam ille latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quae essent dura, si sentiret, nulla sunt sine sensu. Illud uero perquam inane: [3. 4]. Vides quanto haec in errore uersentur: portum esse corporis et requiescere in sepulchro putat mortuum, magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.' Idem in Pisonem 19, 43 'Thyesteas est ista execratio poetae uulgi animos, non sapientium mouentis: ut tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes, ut ait ille, saxa . . . atro.' (Verba ut tu naufragio expulsus uspiam Ciceroni rescripsit Bentleius Enniana poesi in breuius, ut uidetur, ab illo contracta. Quod scholiasta Vaticanus illis naufragio expulsus uspiam adscripsit 'uersus Enni', Halmius Garatonio adsentit, qui superiore aliquo Enniana fabulae loca talia legi potuisse censuit.) Non. 405, 3 'spargere, mactare. Lucilius lib. XVIII: [2]' quae aut traducta sunt a Lucilio aut librariorum turbis perperam eius nomine afferuntur.

1 sqq. numeros constituit Bentleius. 3 quod x

'Thyesteas preces' tangit Horatius epod. V 86, ubi cf. schol. Praeterea eidem fabulae tribui possunt inc. nom. XXX. XXXVII—XXXIX, inc. inc. fab. LVII.

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Vlixes

Quis ibi non est uulneratus férro Frugio? . . .

Cicero pro Rosc. Am. 32, 90 'multos caesos non ad

Trasumenum lacum, sed ad Seruilium uidimus. Quis ibi non est u. f. F.' Schol. Gronov. in Cic. l. l. 'ferro Frugio] in Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Vlixes uulneratus inducitur et fugiens ad Achillem uenit. Cum interrogaretur ab Aiace' (Achille Bergkii ind. lect. Marburg. aest. 1844 p. XII), 'cur fugisset, ille ut celaret dedecus: quis enim non' (add. Schuetzius) 'uulneratus ferro Frugio?' Referunt ad Achillem fabulam: mihi monenti etiam in Herulis lutris haec locum habere potuisse adsensit Vahlenus. (cf. hist. trag. Rom. 119) 'Priamum ipsum senem' quae paulo post apud Ciceronem leguntur quomodo potuerit Vlixes in eadem oratione proferre non liquet. cf. Fleckeiseni ad h. l. adn. Gertz stud. crit. in Senecae dial. p. 55 sq.

ibi non est Cicero enim scholiasta Brugio Ennium scripsisse iam Osannus anal. crit. 15 monuit conl. Cic. oratore 48, 160 (fr. VII)

II

Eurypylyus

O Pátricoles, ad uós adueniens aúxilium et uestrás
manus

3 Petó, prius quam oppetó malam pestem mándatam 315
hostilí manu.

* * *

Neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consistere.

* * *

Si quí sapientiá magis uestra mórs deuitarí potest.
Namque Aésculapi líberorum saúicii opplent pórticus:
Non pótis accedi.

* * *

qui álteri exitiúum parat, 320

Eum scíre oportet, síbi paratam péstem ut participét
parem.

* * *

Patricoles

Elóquere eloquere rés Argium proelio ut se sústinet.

Eurypylus

Non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit. 10

* * *

325 Vbi fortuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám

<dedit>

Cicero Tusc. disp. II 16, 38 'quin etiam uidemus ex acie offerri saepe saucios... at uero ille exercitatus et uetus ob eamque rem fortior medicum modo requiens a quo obligetur, o Patricoles, inquit, ad nos adueniens... accedi. Certe: Eurypylus hic quidem est. Vbi tandem luctu conturbatur? Hominem exercitum uide quam non flebiliter respondeat.' (Certe Eurypylus hic quidem est hominem exercitum ubi tantum luctus continuatur libri, nisi quod exercitatum Bern. et alii codd. boni teste Orellio. luctum continuatus Reg. Gud. Brux. Verba certe... exercitum Patroclo dedit Bentleius, item deleto est Tischerus. certe Eurypylus hic quidem est: | hóm-inem e. Seyffertus Berl. phil. Wochenschr. 1884 n. 52. Me in separandis poetae uerbis secutus Vahlenus Ciceronis cola ultima sic conformavit: hominem exercitum! ubi tandem luctus continuat. uide e. q. s. Alii alia protulerunt rudia, obscura, incommoda.) 'rationem etiam adferat, cur aequo animo sibi ferendum sit: qui alteri... parem. Abducet Patricoles, credo, ut conlocet in cubili, ut uolnus obliget. si quidem homo esset, sed nihil uidi minus.' (sic Victorius: uidimus libri.) 'Quaerit enim quid actum sit: eloquere... suppetit. Laberis' (sic Bentleius. laboris libri): 'quiesce igitur et uolnus alliga.' (Laberis... alliga: tace Patroclo tribuit Bentleius. Laboris. Pa. quiesce et uolnus alliga Hermannus Opusc. V 143 Laboris. Pa. Tu quiesce igitur et uolnus alligauero Bergkiius l. l. laboris poetae, reliqua Ciceroni ascribunt editores plerique.) 'Etiam si Eurypylus posset, non posset Aesopus: ubi fortuna' e. q. s. 'et cetera explicat in dolore.' Idem orat. 46, 155 'itaque idem poeta' (Enn. 44. 51. 363), 'qui inusitatus contraxerat: patris mei meum factum pudet, pro: meorum factorum, et: textitur, exitium examen rapit, pro: exitiorum, non dicit liberum... sed ut isti uolunt: neque tuum umquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Et idem: namque Aesculapi liberorum. At

ille alter in Chryse... Atqui dixit Accius [inc. fab. V]. Non Accii, ut G. Hermannus opusc. V 142 uoluit, cui Lachmannus in Lucr. I 778 adsensit, sed Ennii ex Achille, ut uidetur, uersus esse cum ipsa Ciceronis uerba docent tum genetiui Hectoris v. 325 mensura: cf. Accii inc. fab. XXXVI, Ennii v. 92 sq.

1 Patricoles ψ Patrocles χ 2 oppetam Bern. m. alt., unus Oxon. Leid. mandatam ω datam Bentleius Post v. 2 et 3 lacunas statui: cf. coroll. XXXIV 6 potis Bothiius potest ω 8 paratum Bentleius 9 eloquere propere Bergkiius 10 potis Dausius potest ω 11 acrem om. duo Oxon., Bentleius, defendit Bergkiius

III

éo ego ingenio nátus sum:

<Aéque> amicitiam átque inimicitiam ín frontem
promptám gero.

Gellius XIX 8, 6 'inimicitiam autem Q. Ennius in illo' (Achille conl. α) 'memoratissimo libro' (loco Oiselius: cf. 'liber Acci' Pers. I 76) 'dixit: eo, inquit, ingenio' e. q. s. Nonius p. 129, 26 'inimicitia numero singulari. Ennius...' Cf. Homeri II. IX 312 ἐχθρὸς γὰρ μοι κείνος ὁμῶς Ἄλδω πύ- λησιν, Ὅς χ' ἔτερον μὲν κεύθη ἐν φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπη. Nam ex Achille haec quoque uidentur sumpta esse.

1 sq. trochaeos etiamnunc praetuli anapaestis elumbibus vel laceris ego om. Gellius 2 amicitia modo inimicitiam L Nonii inimicitiam atque amicitiam olim posui fronte Grut. Palat. Gellii, Nonii Montep. frontei α expromptam Fruterius eo ego ingenio Natús sum: amicitiam e. q. s. Bue

IV

† Meae tám potis pacis potíri

328

329

Festus p. 360 M. 'antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut — Ennius: ille meae' e. q. s. (Achille: meae conieceram. in Nemea Bue)

Et numeri incerti et uerba ille meae cod.: v. supra. illa me Hermannus conl. Eur. Hec. 277 in belli limine | tám p. p. conieci coroll. XXXV

V

Hectór, qui haud cessat óbsidionem obducere.

330

Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Tela-

mone — item alio loco: Hector' e. q. s. Hectoris Lutris tribui; item fr. VI. VII.

qui] an que?

VI

Crássa puluis óritur, omnem péruolat caelí fretum.

Non. 205, 28 'fretum... masculini...'

VII

..... uí patefecerúnt Bruges.

Cicero orat. 48, 160 'Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum; uí p. B., non Phryges: ipsius antiqui declarant libri.' Quintilianus I 4, 15 'sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena.'

VIII

hehae! —

Ipse clipeus cécidit.

Varro de l. l. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutum naturaliter est, ut apud Ennium...' Anonymus de dubiis nominibus GL V p. 574 K. 'clipeus, gen. masc., ut Ennius: cecidit clipeus.' Patricolis caedem in Hectoris lutris narrari Achilli statui conl. Homeri II. XVI 803: ex comoedia dempta videntur A. Spengelio, sed comoediis Ennii non usum esse Varronem inuenio.

IX

335... tueor té senex? pro Iúppiter!

Varro de l. l. VII 12 M. 'tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud: tueor' e. q. s. Priamo Achillem in eadem fabula dicere conieci.

X

Ajax

336 Lumén iubarne in caélo cerno?

337 Varro de l. l. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata... Ennius Ajax' (Ennii Ajax Vahlenus in editione, Ennianus Ajax idem mus. Rhen. 16, 578, valde quidem probabiliter.) 'lumen' e. q. s. (a) Ibidem VI 81 M. 'cerno idem ualet: itaque pro uideo ait

Ennius: lumen' e. q. s. (b) Ibidem VII 76 M. 'tali quod lumen' e. q. s. 'iubar dicitur stella Lucifer, quae in summo' (cf. Lachmannus in Lucr. II 291) 'quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam.' (c) Et hoc et sequens fragmentum ad Aiaceum rettuli.

1 sq. aliquod lumen — iubarne? — Vahlenus ind. 1880 p. 13 sq. álbicat lumen: iubarne Bue

XI

Salmácida spolia síne sudore et ságuine

Festus p. 329 M. 'Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, uitio impudicitiae mollesceret. Ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque uiolandarum, quia non patet refugium. Ennius...' Cicero de off. I 18, 61 'itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim iuuenes animum geritis muliebrem, illa uirgo uiri' (cf. Lachmannus in Lucr. IV 211) 'et si quid eiusmodi: Salmacida' e. q. s.

sudore et sanguine Cicero sanguine et sudore Festus

XII

Is habét coronam uítulans uictória.

Pauli Festus p. 369 M. 'uitulans, laetans gaudio, ut pastu.' Alexandro tribuit Hartungus Eurip. rest. II 238.

XIII

Neoptolemus

Philosophari est míhi necesse, at paúcis: nam omnino 340 haút placet.

Cicero Tusc. disp. II 1 'Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari... sed non paucis, ut ille. — Sed tamen in uita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt.' (a) Idem de orat. II 37, 156 'ac sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.' (b) Idem de rep. I 18, 30 'magis eum dele-

etabat Neoptolemus Enni, qui se ait filosofari uelle, set paucis: nam omnino haud placere.' (c) Gellius V 15, 9 'Ennianum Neoptoleum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.' Ibidem 16, 5 'eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.' (d) Vnde olim talem versum: degustandum ex eá, non in eam ingurgitandum censeo adiunxeram ad 340, sed aegre desideratur philosophiae nomen ad quod ea pronomen referri possit: itaque Mercklino concessi, qui in annall. philoll. supplem. III 668 Gellio haec relinquenda esse censuit. Apuleius de magia c. 13 p. 415 Oud. 'ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari.' (e) Cf. Platonis Hippias maior p. 286 B. Tribui posse Andromachae fabulae monui in quaest. scen. p. 258. cf. hist. trag. Rom. 140.

philosophari est mihi necesse, at *Vossius*, cf. a. an philosopharier necesseset? philosophandum est, sed *Bothius* ex d mihi philosophandum est *Davisius*

XIV

342 Ardúa tesca aspera sáxa tuor.

Festus p. 356, 23 M. secundum Vaticanum R teste Mommseno in comm. acad. Berolin. a. 1864 p. 64 'templa antiqua tesca esse ait cuero' (i. e. 'Cicero uero') 'aspera difficilia aditu. Ennius: ardua aspera saxa tuor.' secundum Vrsinum: 'templa antiqua | [deum. Cicero u]ero aspera difficilia aditu | [dixit cum ait lo]ca aspera saxa tesca tuor.' Cf. Paulus 'tesca loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia.' Enniana, quae olim inter incerta incertarum fabularum latuerunt, possunt fuisse ex Andromeda.

olim loca ego aspera saxea tesca tuor edideram, e quibus saxea debebam *O. Muellero*. An ardua saxa aspera tesca tuor?

XV

..... áger oppletus ímbrium
Frémitu

Servius Dan. in Verg. Ge. I 12 'fremetem] quod ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius: ager' e. q. s. Et hoc et sequens fr. referri potest ad Andromedam.

XVI

..... et quís illaec est quae lígubri 345
Súccincta est stola?

Non. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit...'

Inter varia, quae temptari possunt, praeplicet sét quis illaec est <mulier>, quae stola succincta est ligubri?

XVII

O térra Traeca, ubi Líberi fanum ínclutum
Maró locauit!

Varro de l. l. V 14 M. 'locus est, ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt conlocatum, ueteres id dicere solitos apparet... apud Ennium: o terra' e. q. s. His Eumolpi patriam in Erechtheo salutari potuisse conieci.

1 sq. inclutum Maro in margine exemplaris Spanhemiani in bibliotheca Regia Berolinensi asservati. in ciuium maro Goth. Haun. in ciuium maro (sic), corr. muro, Med. teste Wilmannsio in ciuium muro Par. a inclutum, om. muro, Gulielmuis 2 locauit ω

XVIII

Aréopagitae quía dedere aequám pilam

Varro de l. l. VII 19 'Ennii... Areopagitae ab Areopago: is locus Athenis.' Ex Eumenidibus sumpta sunt, coniungenda eum v. 136.

quia scripsi quid Flor. quod Haun. qui Vindob. aequam pilam scripsi: cf. Asconii argum. Milon. p. 34, 24 K. Prop. IV 11, 20 quam pudam ω aequam pugnam *O. Muellero*

XIX

Apollo

Vndé sibi populi et réges consilium éxpetunt, 350
Summárum rerum incérti, quos ego ópe mea ex
Incértis certos cómpotesque cónsili
Dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas.

Cicero de orat. I 45, 199 'quid est enim praeclarus, quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Py-

thius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui ciues consilium expetant' e. q. s. In Eumenidibus videntur dicta fuisse: cf. Aesch. Eum. 29 sqq. 614 sqq.

1 Populorum regumque concursum Ennius fortasse pluribus exornauerat, ut dubia sit fides huius versus primum a Bothio eruti ex Cicerone populi et reges Albertus Langius ciues omnes Bothius 2 summarum Lagomarsiniani suarum summarum Laud. Erl. Leid. suarum q ope mea Reisigius mea ope ω, tenet Vahlenus rel. acad. Berol. 1888 p. 12 sq. ex] olim pro posui 3 incepti certos in coroll. XXXV sq. conieci

XX

Nimiūm boni est, cui nīl malist

Cicero de fin. II 13, 41 'non enim, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit Ennius...' Publilius Syrus 430 W.: 'nimium boni est in morte cui nil sit mali', in quibus verba in morte non cum antecedentibus, sed cum sequentibus coniungenda sunt. Muretus Var. lect. V 13 monuit quadrare Euripidis ex Hecuba v. 627 κείνος ὀλιβιώτατος Ὅτω κατ' ἡμεῶν τεγγῆανει μηδὲν κείων. adde Bacch. 910.

nihil est mali ω nimium boni est profecto cui Hermannus Explebis versiculum scribendo nimium b. est cui nil malist <cotidie> (cf. coroll. XXXVI com. CXVI)

XXI

355 Extémplo acceptam mé necato et filiam.

Varro de l. l. VII 13 M. 'etiam indidem illud Enni . . . extemplo enim est continuo.' (Enni Scaliger enī Flor. eī Vindob. enim ceteri libri) Contulit Bothius ex Euripidis Hecuba v. 391 ἡμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θνητῶν συμφρονέσαστε.

acceptam Vossius, praelaturus tamen arreptam. acceptum ω necato Scaliger negato ω filiam Bothius filium ω

XXII

. . . fauent faucibus rursis

Cantū, plausuque premūnt alas.

Cicero de div. II 26, 57 'cur ante lucem galli canant . . . qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent' e. q. s. Pertinere conieci ad anapaestos qui Iphigeniae initio canebantur (cf. I et II), facta ad exemplar Euripideorum v. 9 οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης et 156 Ἰφιγενιαίη κ. τ. λ.

1 gallique supplendum videtur; cf. trag. Rom. p. 95
2 cantus Leid. AB Vindob. m. pr. f. f. rursis: <missis>
cantu e. q. s. Vahlenus ind. 1888/9 p. 13

XXIII

Eós reduci quám relinqui, déuehi quam déseri
Málui.

Diomedes p. 441 P. 'homoeoteleuton . . . ut apud Ennium: eos' e. q. s. Charisius p. 251 P. 'homoeoteleuton . . . ut: hos' e. q. s. Donati ars GL IV 398 K. 'homoeoteleuton . . . ut: eos' e. q. s. add. artigr. in Hageni anal. Helv. p. CCXXXVII. Ad Iphigeniam rettuli.

1 hos Charisius te duci Diomedis Monac. deduci Par. AB reuei Donati Santen. m. pr. quam relinqui om. Diomedis ω quam relinquere Donati Santen. m. pr. (scriptumne relinquei fuit?) 2 maluit Diomedis Par. B

XXIV

'Animus aeger sémper errat: néque poti neque pérpeti 360
Pótis est cúpere numquam désinit.

Cicero Tusc. disp. III 3, 5 'at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hoc enim ipso odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait Ennius, semper' e. q. s. Cf. v. 190.

1 poti] pati ω 2 potis est] potest ω potest se Vahlenus ind. lect. 1878 p. 10 iambicam clausulam continuans, qualem iam Bergk commendauerat de lacuna cf. cor. com. CVIII

XXV

'Vt tibi Titánis Triuia déderit stirpem liberum .

Varro de l. l. VII 16 M. 'Ennius: ut tibi' e. q. s. 'Titanis Triuia Diana est' e. q. s. Medae tribuit O. Muellerus conl. Euripidis v. 714:

οὕτως ἔρωσ σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένειτο παιδῶν, καὶ τὸς ὀλβίος θάνοις.

XXVI

Néque tuum umquam in grémium extollas líberorum
ex té genus.

Cicero Orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat [44] ... et [51] ... non dicit liberum, ut plerique loquimur ... sed ut isti uolunt: neque tuum' e. q. s. ... 'At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Accius ...' Amyntora in Phoenice fabula hoc filio imprecari coniecit Bergkiius mus. Rhen. 1835 p. 73 conlatis Homeri II. IX 455 verbis μή ποτε γούνασιν οἴσιν ἐφέσσεσθαι φίλον νῖον Ἐξ ἐμέθεν γεγαῖατα.

neque tuum *Abrinc.* neque tu φ neue tu *Fleckeisennus,* sed cf. 311

XXVII

Quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias

Cicero de div. I 40, 88 'atque etiam ante hos Amphiarus et Tiresias, non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennium est ...' In Telamone post v. 274 inseri voluerunt Vossius et Hermannus.

XXVIII

365 Sí uoles aduórtere animum, cómiter monstrábitur.

Varro de l. l. VII 89 M. 'apud Ennium: si' e. q. s. 'comiter: hilare ac lubenter.' Et hoc et sequens fr. ex Telepho potest excerptum esse.

XXIX

Homó, qui erranti cómiter mostrát uiam,
Quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit:
Niló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.

Cicero de off. I 16, 51 'omnium autem communia hominum uidentur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest [1-3]' Deinde 52: 'sed quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, uulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: nihilo minus ipsi lucet.' Idem pro Balbo 16, 36 'comes benigni, faciles, suauis homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat uiam, benigne, non grauate.'

1 ut homo *Basil. Oehl. cf. coroll.* XXXVI monstrat uiam
Ambros. Bern. b uiam monstrat *Bamb.* monstrat uiam φ 2 de

suo lumine lumen *Bern. c Oehl.* de suae l. a. facis *Herwerdenus Mnemos. n. s. 21 fasc. 4* 3 quod *praem. Bern. c* ut *Oehl. Basil.* ipsi lucet ω *infra.* ipsi luceat *supra Ambros. Bamb. Herbiol. Bern. bc* ipsi ut luceat *Bern. a* ut ipsi luceat *Reg. Lall.*

XXX

... pol míhi fortuna mágis nunc defit quám genus.
Námque regnum súppetebat mi, út scias quanto é loco, 370
Quántis opibus, quíbus de rebus lápsa fortuna óccidat.

Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat: pol' e. q. s. 'Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89] Thyestem monui intellegi et cum inc. inc. fab. LVII coniungi posse:

2 mi *Grotius* mihi ω 3 lassa *Vind. a Mon. b* accidat ψ cf. v. 206

XXXI

Qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit

Terentius eum. III 5, 42 'tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura haec, Iouem | Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. | Egomet quoque id spectare coepi: et quia consimilem luserat | Iam olim ille ludum, incendio magis animus gaudebat mihi, | Deum sese in pretium conuertisse, atque in alienas tegulas | Venisse clandestinum per pluuiam fucum factum mulieri. | At quem deum! qui templa' e. q. s. Donatus ad l. l. 'sonitu concutit] *παρωδία* de Ennio. templa caeli] sententia tragica, sed de industria, non errore.'

XXXII

Labát, labuntur sáxa, caementaé cadunt.

Non. 196, 30 'caementa ... feminini Ennius ...'

labuntur *edd.* lababuntur ω caementae *Junius* caementa ω

XXXIII

caéli ingentes fórnices

Varro de l. l. V 19 M. 'a chaos cauum et hinc caelum ... et Ennius item ad cautionem: caeli i. f.' Cicero de orat. III 40, 162 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo:

caeli i. f. Quamuis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.' cf. Hygini fab. 150 'Atlanti autem, qui dux eorum' (Titanorum sc.) 'fuit, caeli fornicem super umeros inposuit' (Iouis), 'qui adhuc dicitur caelum sustinere.'

XXXIV

375 Cúr quod in me est éxsecrabor hóc quod lucet, quíc-
quid est?

Cicero de nat. deor. II 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: [302] planius quam alio loco idem: cur quod' e. q. s. Fortasse Melanippa dixit.

cur *Reg. Cantab.* cui ψ qui *Gulielmius* quin x cui ... ex-
secrabor *Schoemannus* idem *videri dicit quod* cui ... consecrabo

XXXV

378 Flágiti princípium est nudare ínter ciuis córpora.

Cicero Tusc. disp. IV 33, 70 'bene ergo Ennius: flagiti'
e. q. s.

XXXVI

Quém metuunt odérunt, quem quisque ódit periisse
éxpetit.

Cicero de off. II 7, 23 'praeclare enim Ennius ...' Eadem
sententia utitur Hieronymus ep. ad Theophilum 82, 3. Fortasse
Atreo haec in Thyeste opponébantur.

odere *ex Goth. Heusingerus*

XXXVII

380 'O Fides alma ápta pinnis, ét ius iurandúm Iouis!

Cicero de off. III 29, 104 'nam praeclare Ennius ...'
Apuleius de deo Soer. 5, 25 L. 'nam et ius iurandum Iouis
dicitur.' Ariolando haec quoque et fr. XXXVIII ad Thyestem
rettuli.

XXXVIII

..... nùlla sancta sócietas

Néc fides regni ést.

Cicero de off. I 8, 26 'quod enim est apud Ennium: nulla'
e. q. s. 'id latius patet.' Idem de rep. I 32, 49 'concordi

populo ... nihil esse immutabilius, nihil firmitus ... itaque cum
patres rerum potirentur, numquam constitisse ciuitatis statum.
Multo iam id in regnis minus, quorum, ut ait Ennius, nulla
[regni] sancta societas nec fides est.' (vel quoniam
scribendum pro quorum vel regni omittendum Maio vide-
batur.) In mente fuisse videntur Minucio Felici Oct. 18, 6.
Conferri iubet Manutius Lucani Phars. I 92.

1 societas sancta *Bern. c*

XXXIX

..... út uos uostri líberi

Défendant, pro uóstra uita mórti occumbant óbuiam.

Servius Dan. in Aen. II 62 'occumbere morti: nouae
locutionis figura et penitus remota. Ennius ...' Contuli ex
Euripidis Erechtheo fr. 360, 14 N² *ἐπειτα τέσσα τοῦδ' ἐκατι τίλο-*
μεν, Ὡς θεῶν τε βωμῶς πατρῶα τε ἑνώμεθα.

1 nostri *Cass. m. 1* (uestri *m. 2*): *cf. trag. Rom. 185*

XL

... quin índe inuitis sumpserint perduéllibus 385

Varro de l. l. VII 49 M. 'apud Ennium: quin' e. q. s.
'perduelles dicuntur hostes.'

quin *Flor.* quous *Goth.* quius *Hawm.* quod *Par. b* quid
Basil. uindictam uictis *Scaliger* qui uim (*ego ius vel uices*)
de uictis *Bue de numeris cf. cor. com. CVII*

XLI

Paréntem et pa<triam, dí, seruare> sóspitem!

Festus p. 301 M. 'sos[pe]s — — En[ni]us
parentem' e. q. s. Chthoniam in Erechtheo haec et sequentia
(fr. XLII) dicere potuisse conieci.

patriam, di seruare *Scaliger* patriae, di seruare *Vrsinus*
aut patriam di seruauit *aut* patriae et mihi seruauit *Albertus*
Langius patriam serua saluam et x *Senarium agnovit Vossius*

XLII

... uiuam an móriar, nulla in me ést metus.

Pauli Festus p. 123 M. 'metus feminine dicebant. En-
nius: uiuam' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte ...
Cato ... antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. RIBBECK.

quoque . . . nulla metus.' cf. Paulus p. 60 v. corius; Festus p. 150 u. malo cruce.

nulla fortasse ablativus est adverbiali significatione ut nequam, nam in *annal.* 537 V. metus ullu tenet scribendum puto

XLIII

Amicus certus in re incerta cernitur.

Cicero Lael. 17, 64 'quamquam Ennius recte . . .'

XLIV

Bene facta male locata male facta arbitror.

Cicero de off. II 18, 62 'nam praeclare Ennius . . .'

XLV

390 Mulierem: quid potius dicam aut uerius quam mulierem?

Rutilius Lupus I 12 'diaphora: hoc schema est, cum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primo dictum. Id est huiusmodi . . . Item in Enni uersu: mulierem' e. q. s. Sic Halmius secundum Meinekium, qui Enni uersus correxerat, aliena manu haec e margine illata suspiciens. item uniuersum codices. Similia Graecorum poetarum dicta sunt multa: Sophoclis Epigon. fr. 187 N², Theodectae Alceon. fr. 1 (p. 801 N²), Euripidis Hecub. 1178, ex Phoenice fr. 808, Melanippa fr. 494, Stheneboea fr. 666, Carcini e Semela fr. 3 p. 798 N².

Versum agnovit Meinekium

XLVI

. . . . induta fuit saeuata stola.

Servius in Aen. I 4 'saeuam dicebant ueteres magnam, sic Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.'

XLVII

Telis illi mater

Varro de l. l. VII 87 M. 'lympha a nympha, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium: Thelis illi mater.' Conferri iubet Turnebus Varronem de re rust. III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.'

Telis in speculo Praen.: *ephem. epigr.* I 14 n. 22 Thelis Turnebus Thetis Flor.

XLVIII

Vocibus concide: faxis musset obrutus.

Varro de l. l. VII 101 M. 'apud Ennium: uocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt.' Cf. Servius Dan. in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.'

faxis musset scripsi facimus et Flor. cum libris plerisque face musset Turnebus facito m. x obrutum corr. ex obrutus F ut videbatur Grothio obrutus test. Keilius <uerbis> fac, si mussat, obrutum con. A. Spengelius et face m. o. hexametrum mutilum prop. a tragoedia abiudicans Bergkiius

XLIX

Ad eum aditauere.

Diomedes p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dicitantes, ut Ennius: ad eum aditauere.'

L

. . . . festiuum festinant diem.

395

Servius Dan. in Aen. IX 399 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festiuum f. d.' Philargyrius in Ge. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festinant diem.'

LI

. . . . cubitis pinsibant humum.

Varro de l. l. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere . . .' pinsabant Goth. cf. *annal.* 354 V.

LII

Imprimitque genae genam.

Servius in Aen. VI 686 'Ennius de dormiente . . .' In annales recepit numeris soluta x; poterant etiam in satiris legi.

imprimit genaeque Mon., ut que fort. delenda sit (cf. *coroll.* XXXVII)

LIII

Flámmam <enim> sapiéns facilius óre in ardente ópprimít,
Quám bona dicta téneat.

Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facietis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam b. d. t.: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' Imitati sunt Petronius fr. 28, 1 B. in carmine: 'nam citius flammam mortales ore tenebunt quam secreta tegant,' et Symmachus epist. I 31 'nam facilius est ardentem fauillam ore comprimere quam luculenti operis seruare secretum.' cf. Sternbachii gnomol. Vatic. n. 475.

1 enim om. Cicero Indirecta oratione utitur Cicero opprimet x

LIV

400 Quiquam quisquam quícquam quomquam quídque conueniát neget?

Rhet. ad Herenn. IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem litterae nimiam adsiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitii alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. 'et hic eiusdem poetae...' In satira, non in tragodia poetam haec lusisse puto. cf. Plauti Pseud. 134.

versum constitui incerta coniectura (cf. coroll. XXXVII), nam exigua in his librorum fides, qui talia fere praebent: quicquam (qui oquam) quicquam (quicq. s. quisquam) quemquam (quemq. s. quemq.); quemque (s. om.) quisque. Ququam potest dativus esse, quomquam idem quod umquam, quidque est quidquid.

LV

402 Eu, méa puella, <e> spé quidem id successít tibi.

Varro de l. l. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutum naturaliter est, ut apud Ennium [VIII] apud Ennium: eu, mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naeuium cod. B) fortasse comoediae potius adscribens v.

hau Par. b heu φ eheu vulgo spe Flor. Goth. Par. a saepe Havn. sepe Par. b successit O. Muellerus succensit Goth. succenset Flor. succenses Par. b

LVI

Servius in Aen. IX 253 'integer aevi, integri aevi, i. e. adulescens, cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos aevi integros dicit, quibus multum aevi superest.'

LVII

..... ángue uillosí canis

Pseudoacro in Hor. Carm. III 11, 18 'muniant angues caput eius] ut ait Ennius: angue u. c.'

LVIII

Versát mucronem.

405

Servius Dan. in Aen. IX 744 'uersat, librat, iactat: et est Ennianum...' Ceterum et huius et aliorum frustulorum incertam originem esse ultro apparet.

LIX

féro foedatí iacent.

Servius Dan. in Aen. III 241 'foedare, cruentare. Ennius ...'

LX

'Omnes dant consílium uanum, atque ád uoluptatem ómnia.

Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. 'adfinitate sociatum neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant' e. q. s. Possunt de ariolis intellegi, qui in Telamone fr. II carpuntur.

noluntatem x

LXI

Peruínce pertináci peruicácia.

Frontonis epist. IV 2 p. 60 Nab. 'de Herode quod dicis perge, oro te, [et] ut Quintus noster ait, peruince p. p.' cf. Acci v. 4 sq. quem M. Caesar fortasse in mente habuit.

M. PACVVIUS

ANTIOPA

PACVVI ANTIOPA ex Euripidis fabula (cf. Hygin. 8) cognomine expressa: Cicero de fin. I 2, 4. cf. Acad. pr. II 7, 20 de off. I 31, 114.

I

1^a Iouis éx Antiopa Nýctei natí <duo>

Probus in Verg. Ecl. 2, 25 p. 7 K. 'Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos.' Senarium prologi elicuit Buechelerus.

II

Rhet. ad Herenn. II 27, 43 'item uerendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit... uti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia de musica inducta est, disputatio in sapientiae rationem et uirtutis utilitatem consumitur.'

Eadem controuersia tangitur his Ciceronis locis: de orat. II 37, 155 'miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris.' de rep. I 18, 30 'atque idem... Zethum illum Pacuui nimis inimicum doctrinae esse dicebat.' de inv. I 50, 94 'si non id quod accusabitur defendet... ut Amphion apud Euripidem [item apud Pacuuium], qui uituperata musica sapientiam laudat.' Cf. Hor. epist. I 18, 39 sqq.

III

1^b Loca hórrida initas.

Diomedes p. 336 P. 'ineo inis, et inito dicimus, ut Pacuuius in Antiopa: l. h. i.'

IV

Amphio

Quadrupés tardigrada agréstis humilis áspera,
Breui cápite, ceruice ánguina, aspectú truci,

Euíscerata inánima cum animalí sono.

Astici

Ita saéptuosa díctione abs té datur

5 Quod cóniectura sápiens aegre cónluit:
Non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

Amphio

Testúdo

Cicero de div. II 64, 133 'nam Pacuianus Amphio [1-3] cum dixisset obscurius, tum astici respondent: [6] At ille uno uerbo: testudo. Non poteris hoc igitur a principio, citharista, dicere?' (astici Orellius artici Erl. acciti Reg. Gud. Rehd. attici Leidenses ABH, Vindob. Illud scholio in Eur. Hipp. 58 *ὡς καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει, τὸν τε τῶν Θεβαίων γερόντων διόλον καὶ τὸν μετὰ Διόφης confirmari monuit Schneidewinus.) Tertullianus de pallio 3 p. 44 Salm. 'est et [1] testudinem Pacuuianam putas? non est: capit et alia bestiola uersiculum.' Non. 170, 17 'septuose, obscure. Liuius Antiopa [4. 5]' (Pacuuius Scriverii mss., Bergkii)*

1 tardigrada] cf. Mar. Victor. CGL VI 23 K. 2 capite breui ω truci. (erasa una litt.) Leid. B: cf. coroll. XXXVIII 4 septuose (septuosed H¹) dictio ω 5 coniectura Rothius consecutura W consecutura φ contuit vel consulit Vossius contulit ω 4 et 5 ex Nonio inserui omissos a Cicerone, cum ad eius consilium inutiles essent 6 nisi si BL nisi φ

V

... perdita ínluuie atque insómaia

Charisius p. 78 P. 'insomnia... singulari numero uigiliam significare' (uolunt grammatici), 'ut Pacuuius in Antiopa dixit...'

illuue ed. pr. in illiuue Neap.

VI

Frendére noctes, mísera quas perpéssa sum 10

Non. 447, 16 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare... Pacuuius Antiopa [VI] Plautus... Pacuuius Anthiopa [VII]'

sum H² Aldina rum φ

VII

. frúges frendo sólidas saxi róbores.

sic *praeire poterat* fruges *H*¹ *Aldina* fruge φ solidas *scripsi* (cf. *etym. m.* p. 60, 4) solas ω solo *conieceram* saxi *Vossius* acsic ω quod sacsei fuit qui interpretaretur (cf. *coroll.*

XXXVIII) robore *Scaliger* probore ω (nisi quod probare *W* proborem *H*)

VIII

..... sól si perpetuó siet,

Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit:

Nócti ni interuéniat, fructus pér pruinam obríguerint.

Varro de re rustica I 2, 5 'em ibi' (sc. in regionibus septentrionalibus) 'tu quidquam nasci putes posse aut coli natum? Verum enim est illud Pacuui: sol si perpetuo sit aut nox, flammeo uapore aut frigore terrae fructos omnis interire.' Idem de l. l. VI 6 M. 'nox, quod ut Catulus' (Catullus Goth. Haun. Pacuuius — immo Pacuuius — Scaliger) 'ait, omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox.' Scaligero recte obtemperavit H. Peter ann. philol. 1877 p. 749 sq., inani pertinacia oblocutus est Buettner Porcii Licini sui p. 187 sq. Meminerat Varronis Minucius Felix Oct. 17, 8 (cf. *coroll.* XXXVIII). Festus p. 352 M. 'torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa [2]' Suetonius Prato apud Isidorum de natura rerum cap. 44 p. 74 ed. G. Becker (cf. eiusdem proll. p. XVI sq. et Suetoni reliquiae ed. Reifferscheid p. 244) 'torrens fluuius, qui pluuia crescit, siccitate torreseit, id est arescit, de quo Pacuuius: flammeo uapore torrens torret.' Eadem habet Isidorus Orig. XIII 21.

1 siet *Bothius* sit *Varro* 2 torrens torret *Isidori* ω
3 *Scaligero* duce *reconcinnavi*

IX

15 Mínitabiliterque íncrepare díctis saeuís ínicipit.

Non. 139, 23 'minitabiliter pro minaciter ...'

seiuís *L* seuíus *H*

X

Nonne hínc uos propere <e> stábulis amolímíni?

Non. 73, 15 'amolimini est recedite uel tollite ... Pacuuius Hermiona ... idem Antiopa ...'

e *Scaliger*, om. ω

XI

Sed cúm animo attendi ád quaerendum, quíd siet

Non. 238, 15 'attendere est intendere ...'

animum *Junius*, recte, ut uidetur

XII

..... céruicum

Florós dispēdite crínes.

Seruius in Aen. XII 605 'flauos Lanina crines: antiqua lectio floras habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos, ergo bene floras, nam sequitur: et roseas laniata genas ... P. Antiopa ...'

2 dispēdite *scripsi*. disperdite *Seruius Fuld.* dispergite *Delrio*

XIII

Saluétē, gemíní, méa propages sánguíní!

20

Non. 64, 30 'propages est series et adfixio continua uel longe ducta ...' Idem 221, 7 'propago, propages ut saepe generis est feminini.'

XIV

Persius I 77 'sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa moretur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.'

Certe cor luctificabile pro ipsis Pacuuii uerbis haberi licet. Cf. inc. fab. VII.

XV

inluuie córporis

20^a

'Et coma prolíxa impēxa cónglomerata atque hórrida

Schol. Persii I 77 'Antiopam uerrucosam Persius dicit quae apud Dircen seruitio oppressa in squalore fuit. sic illuue' e. q. s. Pacuuiana uerba agnovit O. Iahnus, quibus sic fortasse addendum esse monet Bue.

prolixa *Mon.* promissa *Bern.* atque *Mon. Bern.*, om. ed. pr.

XVI

Martianus Capella III 257 'nam Setum dicebant quem nunc Zethum dicunt.'

Priscianus p. 561 P. 'T et Z in graecis tantummodo ponuntur dictionibus, quamuis in multis ueteres haec quoque mutasse inueniantur, et pro T V, pro Z uero, quod pro SD coniunctis accipitur, S uel SS uel D posuisse, ut... Saguntum, massa pro Ζάκωνθος, μᾶζα... Sethus' (immo Setus, ut docuit Ritschelius opusc. IV 146) 'pro Ζήθος dicentes.' Haec ad Pacuuium uideri spectare monuit Fleckeisenus Epist. crit. ad F. Ritschelium p. XIII

Praeterea locupletari huius fabulae reliquiae possunt his: inc. fab. I—VII. LIII, inc. inc. fab. LXX. CXIX. CXX.

ARMORVM IVDICIVM

I

... séque ad ludos iam índe abhinc exérceant.

Charisius p. 175 P. 'abhinc.'

seseque *Hermannus*

II

Quí uiget, uescátur armis, íd percipiat praémium.

Non. 416, 1 'nesci etiam significat uti ... Pacuuius Chryse ... idem Armorum iudicio ...'

it *GHL*, unde id x ut φ

III

... qui sése adfines ésse ad causandúm uolunt,
Dé uirtute is égo cernundi dó potestatem ómnibus.

Non. 89, 11 'causari causam dicere uel defendere ...'
Idem 261, 19 'cernere rursum dimicare uel contendere ...'

1 adfines *Junius* adfinem (sc. ad finem *Bue*) ω 2 his *H*
p. 89 et ω p. 261 potestatem cernundi do omnibus ω p. 261

IV

25 'An quis est qui té esse dignum, quícum certetúr, putet?

Non. 473, 14 'certatur pro certat.'

V

... si non ést ingratum re ápse quod fecí bene.

Festus p. 278 M. 'reapse est re ipsa. Pacuius in Armorum iudicio ...' Paulus p. 279 M. 'reapse est re ipsa. Pacuius: si' e. q. s.

re abse *Festus* (cf. coroll. XXXVIII) bene om. *Paulus*

VI

túque te

Désidere <in túto residem,> nós hic esse in <múnere Máluisti.>

Festus p. 281 M. '[reses — — —] residet. Accius — — — Pacuius in arm — — — tuque' e. q. s.

1 sqq. tuque te desider nos hic eem ... *Festi*
cod. tuque te Desidere mauis residem, nos hic esse in miseris
G. Hermannus

VII

Díc <mihi> quid fáciam: quod me móneris, effectúm 30 dabo.

Non. 507, 25 'moneris pro monueris.'

septenarium explevi: cf. coroll. XXXIX et Becker in stud. Studem. I 128; senarium toleravit G. Hermannus dabo
Junius da ω

VIII

Próloqui non paénitebunt líberi ingrato éx loco.

Non. 475, 18 'paenitebant.' (poenitebunt Quicherat).

proloqui non poenitebunt, liberi ingrato *G. Hermannus*
prologo nunc paenitebunt libunt liberi grato ω, nisi quod
1 bibunt 1 biberi *W* libere et in fine v. interrogandi notam
posuit x

IX

... et aecum et réctum est, <tu> quod póstulas:
Iuráti cernant.

Non. 261, 13 'cernere, iudicare'

1 Nestor post est inserendo expleas versum (cf. coroll. XXXIX)
sit quod p. *Bue*

X

..... nilne ad te dé iudicio armum áccidit?

Cicero Orat. 64, 155 'ait ille alter in Chryse ... nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem: nilne' e. q. s.

nilne *G. Hermannus* nihilne ω

XI

35 Quod égo inaudiui accípite, et quid sit fácto opus decérnite.

Non. 126, 23 'inaudire, audire ...'

quod inaudiui *G. Hermannus*, cui ut postea *Buechelero trochaei praeplacebant: possis etiam senarium voce opus claudere* qui α

XII

Cúm recorder eíus ferocem et tóruam confidéntiam

Festus p. 355 M. 'toruitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuvius in Armorum iudicio [XIII] et [XII]' Nonius p. 262, 11 'confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuvius in Athalanta [IV] idem lib. X' e. q. s. Secuntur nimirum Lucilii verba, sed post idem excidisse Pacuvii fr. XII et nomen Lucilii admodum probabiliter coniecit Rothius.

XIII

feróci ingenio, tóruus, praegrandí gradu
praegrandi *vulgo* praegnandi *cod.*

XIV

Nám canis, quando ést percussa lápide, non tam illum ádpetit,
Quí sese icít, quam illum eumpse lápidem, qui ipsa icta ést, petit.

Non. 124, 2 'icít significat percút, ab ictu ...' (armoro iudicio *Vrbm.* 307)

2 sese *Vossius* ses *L* se φ sed *Ritschélius* eumpse *Vossius* eum ipsum ω qui se icít, quam illunc eumpse *G. Hermannus* senarios *del.* illum *v.* 2 *dimittitur* *Onions*

XV

..... mén seruasse, ut éssent qui me pérderent! 40

Suetonius Caes. 84 'inter ludos' (funebres Caesaris) 'cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam caedis eius accommodata ex Pacui Armorum iudicio ...' Appianus bell. civ. II 146 ω ς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρήνοι μετ' ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ἤδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὐθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καὶ πον τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν ὅσους εὖ ποιήσεις τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγῶν αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θανάτῳ: ἐμὲ δὲ καὶ τοῦσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερον ἔτι ὁ δῆμος κ. τ. λ. Conferri iussit Langius *Vind.* p. 34 Ciceronis Phil. II 3, 5: 'quod si esset beneficium, numquam qui illum interfecerunt, a quo erant conseruati ... tantam essent gloriam consecuti.'

XVI

... pro império agendum est. — Quís uetat,
Quí ne attollat?

Non. 246, 4 'attollere significat erigere ... attollere, adferre. Pacuvius Medo ... idem Armorum iudicio ...'

1 qui *Hermannus* 2 qui ne *scripsi: cf. coroll. XXXIX sq.* quisne ω nequis *Hermannus* nequi α attolat *Bue* attulat *Quicherat* abstulat *coni. coroll. XL*

ATALANTA

I

Paréntum incertum inuéstigandum grátia

Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ...'

II

Dólet pigetque mágis magisque mé conatum hoc né-
quiquam itiner. 44
45

Non. 490, 14 'itiner pro iter ...'

Agnovit octonarium Bue

III

<Tamen> étsi metuo pícta de pallá plagam

Non. 378, 6 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis. P. Atalanta . . . ut sit plaga quem nunc dicimus clauum. Varro Prometheo: eburneis lectis et plagis sigillatis. Afranius [413].'

pícta de] pietate *ABGH*: fort. pictam de palla plagam *scripsi* plaga (plagam *B* plaga palga *sed hoc del. m. 2 L*) pallam (palam *L*) ω pallam *del. x*

IV

Gradere átque atrocem coérce confidéntiam!

Non. 262, 10 'confidentia rursum temeritas, audacia.'
coerce *Aldina* coercere ω

V

. . . . extrémum intra cánterem ipsum praegradat
Párthenopaeum.

Non. 65, 1 '[praegradat,] praegreditur, anteuenit: dictum a gradu. Pacuius Tantaló: extrémum' e. q. s. (Atalanta Junius)

2 Parthenopaeum *Scaliger* Parthenoreum ω . *An* Parthenopaeus *et v. antecedenti* ipsam? Parthenopaeum praegradat *pronum erat*

VI

50 Viám quam insistam dúbito aut quod primórdium
51 Capíssam ad stirpem exquírendum

Non. 226, 32 'stirpem . . . masculino . . .'

1 dubito quam insistam uiam ω , *quam qui clausulam versus fecerit, a sequentis initio tres iambos deesse statuet, nisi hos numeros aut quód primordiúm e. q. s. probaverit* 2 ad *H* a φ exquirendum *Bentinus* exquirentem ω uirum *in fine octonarii add. x*

VII

Quás famulitas nís egestas fáma formidó pudor

Non. 109, 28 'famulitas est seruitus . . .'

familitas *L* formido pauor *W*

VIII

Hís sollicita, stúdio obstupida, súspenso animo cíuitas

Non. 429, 5 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae . . .'

his (*vel sic*) *conieci* hil ω nil *Junius in mg.* suspensa *Maehly*

IX

Mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse 55
ábdicant.

Non. 450, 30 'abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare.'

An consanguineum?

X

Tégiae nunc memorális regnum pótitur transmissú patris. 56

Non. 481, 31 'potior illam rem pro: illa re potior . . .'
regi ut memorabis nunc ω regi ut memorauí, is nunc *Bothius*. Tegiae memor aui nunc *Bue* regem *Ba*

XI

Quid istúe est? uultum cáligat quae trístitas? 58

Non. 182, 1 'tristitas' (tristitias libri, corr. *Quietus*)
'pro tristitia. Pacuius Atalanta . . . Turpilius Leucadia [XVI]'

istic *HL*, *post ras. W* caligat quae *Scaliger* alligate-
que ω alligat quae *Junius* quae caligat *Bue* tristitias ω
tristities *Bothius* quis istie uultus caligans? quae tristitas?
Scaliger

XII

Quae aégritudo ínsolens méntem attemptát tuam? 60

Non. 322, 17 'insolens rursum non solens . . . P. Athalanta . . .'

XIII

Hábeo ego istam quí distinguam intér uos geminitúdinem.

Non. 116, 18 'geminitudinem.'

abeo ψ

XIV

... is uestrorum utér sit, cui signúm datum est,
Cétte.

Non. 85, 4 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo ...'

1 uter est *Ed. Becker* cette, is ... datumst *cret. tetram. potius quam iamb. sen. x*

XV

Suspénsium in laeuo bráccchio ostendo úngulum.

Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorem lingua anulus — Pacuius in Iliona — et in Atalanta ...'

in *om. Vrsinus et Vaticanus*

XVI

65 Nam quód conabar, cum ínteruentum est, dícere,
Nunc éxpedito.

Non. 505, 16 'expedito pro expeditam.'

2 non expedito *Ba*

XVII

Mi gnáte, ut uerear éloqui, porcét pudor.

Non. 160, 1 'porcet significat prohibet.'

magna te *W* eloqui *Junius* loqui *o*

XVIII

Triplícém uirili séxu partum prócreat.

Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque ex Graeco, quam illi uocant *ἐξῆν* — Pacuius in Atalanta ...'

XIX

Vbi égo me grauidam séntio adgrauéscere

70 Propínquitate párti

Non. 486, 3 'parti et partuis pro partus. Pacuius Athalanta ...' (cuius *W*)

1 aggrauescere *Aldina* adgrauascere *o* 2 partis *BaHL*

XX

Cum incúltos peruestígans rimarém sinus

Non. 382, 7 'rimari dicitur scrutari, quaerere ...'

rimarem *A Montep.* rimare *H* rimari *B* inrimare *H³LW*
aut rimarer *aut* inrimat *Vossius*

XXI

Sempér sat agere ut né in amore animum óccupes.

Non. 355, 27 'occupare est rursus detinere ...'

semper sat *Bothius* super satis *o* amore *Bothius*, *sed*
verbis temere traiectis mare *o*

XXII

Cóncentare ac díssentire párti ac da rursum aéquiter.

Non. 512, 27 'aequiter pro aequae.'

concertare ac dissentire partem da cursum aequiter *o*. *In*
nostris rursum *occupavit Bothius* aequiter *om. Ba*

XXIII

Omnés, qui tam quam nós <seuero> séruíunt

Sub régno, callent dóninum imperia métuere. 75

Non. 258, 1 'callet significat scit ...'

1 seuero *om. o* seruitium *add. x* 2 dominum imperia
Mercerus domitum imperio *o*, *nisi quod* imperium *B et Vrbín.*
dominum imperium *Faber* domiti imperio *Bothius*

XXIV

Tegeaéa Arcadiae cíuitas

75^a

Schol. Leid. ad Verg. Ge. I 18 'Tegeae uero a deriuatione est quod est Tegeaeus: a Tegea oppido Arcadiae. Item Tegeaea Arcadiae ciuitas, ut apud Pacuium in Atalanta: Tegeaea Arcadiae ciuitas, et reliqua.'

Non plane praetereundum uidetur schol. Veronense ad Verg. Aen. XII 468 p. 107, 5 K. 'Iturna uirago] — — qualis in tragoediis Atalanta traditur.' Praeterea reddendum huic fabulae suspicor inc. fab. fr. X; incertior coniectura de fr. V.

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. Ribbeck.

7

CHRYSES

In librorum indicîis latent hae formae: Cryses (Chryses) Crises (Crisses) Chrises) Croeses (Chroeses) Chirises. Acta videtur post annum 608 nec ita multo ante 615: cf. trag. Rom. 260

I

interea loci

Flucti flacciscunt, silesunt uenti, mollitur mare.

Non. 488, 14 'flucti pro fluctus...' Cicero de orat. III 42, 167 'neque factum uerbum est, ut mare saxifragis undis, neque translatum, ut mollitur mare.'

1 loci *Gulielmius* loca ω

II

Pròpmodum animus cóniectura de errore eius aúgurat.

Non. 469, 8 'auguro...'

eius *Ald.* etius *h. e.* eius ω

III

'Atque, ut promeruit, pater mihi pátriam populauit meam.

Non. 39, 31 'populare significat populi amorem conciliare: unde populares dicti de uno populo amici.' (Gresse libri)

IV

80 Ciués, antiqui amíci maiorúm meum,
Consílium socii, augúrium atque extum intérpretes,
Post quám prodigium horríferum, portentúm pauos

Cicero Orat. 46, 155 (postquam de Ennio dixit) 'at ille alter in Chryse non solum [1], quod erat usitatum, sed durius etiam [2], idemque pergit [3], quae non sane sunt in omnibus neutris usitata.'

V

... nam isti quí linguam auium intéllegunt
Plusque éx alieno iécore sapiunt quam éx suo,
85 Magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

Cic. de div. I 57, 131 'ut ille Pacuianus, qui in Chryse' (chrysi Leid. Am. 2, Vindob. crysi Leid. Am. 1 crisy * Leid. B) 'physicus inducitur, minime naturam rerum cognosce uideatur [1—3] Cur? quaeso. cum ipse paucis interpositis uersibus dicas satis luculente [90—92].' Non. 246, 9 'auscultare est obsequi. Pacuuius qui se [3].' (Chryse Junius)

1 isti *Erl. Vind. Leidenses tres, defendit Oudendorpius* istos *Oxon. Rehdig.* istis φ 2 quam suo duo *codd. Orellii*

VI

Hóc uide, circúm supraque quód complexu cóninet
Térram)

Sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret,
'Id quod nostri caelum memorant, Gráí perhibent aéthera: 90
5 Quíddid est hoc, ómnia animat fórmát alit augét creat
Sépelit recipitque ín sese omnia, ómniúmque idem ést
pater,

'Indidemque eadem aéque oriuntur de íntegro atque
eodem óccidunt.

Varro de l. l. V 17 M. 'sic caelum et summum ubi stellae, et id quod Pacuuius, cum demonstrat, dicit [1. 2] cui subiungit: id quod nostri caelum memorant.' Ibidem 19 'et hinc caelum, quoniam, ut dixi, hoc circum... terram cauum caelum.' cf. Lucr. V 318 sqq. Cicero de nat. deor. II 36, 91 'mutuemur hoc quoque uerbum dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius: hoc, quod memoro, nostri caelum... aethera. quasi uero non Graius hoc dicat. at Latine loquitur.' (Deest hic locus in Vind. et Palat.) Idem de div. I 57, 131 [5—7] (cf. V) Non. 144, 10 'nigret, nigra fit. P. Chryse [3].' (crise *Vrb.* 307) Versus 1. 2. 4 cum 5—7 coniungendos esse perspexit Scaliger, quem contra Antiopae illos inserendos censet Bergkii opusc. I 68. Cf. ad hoc et sequens fr. Lucr. II 991 sqq. et Euripidis ex Chrysippo fr. 839 N.², quo vel dubium fit ammon latina quoque fabula, unde fr. V. VI. VII deprompta sunt, Chrysippus potius quam Chryses appellata fuerit.

1 recte *interp. Lachmannus* 3 *Hic inserui quem ad v. 99*
adiungendum putauit Scaliger. capessit *ed.* 1526 rapessit ω
nigret *Vrb.* nigri φ 4 id quod nostri caelum memorant

Varro hoc, quod memoro, nostri caelum Cicero terram, nostri caelum memorant Heindorfus 7 aequae Bue que (quae) ω atque ω aequae Scaliger

VII

Máter terrast: párit haec corpus, ánimam <autem> aeter ádiugat.

Non. 75, 11 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse... idem Iliona...' (Pacuius Aldina) Varro de l. l. V 60 M. 'caelum et terra omnia exgenuerunt... recte igitur Pacuius quod ait: animam aether adiugat.'

mater terrast] mater est terra ω parit haec] ea parit ω: in proeodis dubitanter admisi aether (ether Flor.) Varro ater Nonius

VIII

'Idae promuntúrium, quouis língua in altum próicit

Gellius IV 17 (positu, non natura produci in versu obiciebat conicere subicit inice subices vocabula) 'id ipsum autem uerbum' (sc. iacio) 'M. Cato sub alia praepositione dicit... proicit in altum. Et Pacuius item in Chryse...' (cse Rott. chise, Anchise, Anchise recentiores)

Idae Vossius id ω Ida N. Heinsius pnúrturiū Vat. promuntorium Reg. promatorium Rott. promontorium φ: cf. coroll. XLI língā Vat. linguam Vat. Reg. Rott.

IX

95 incipio sáxum temptans scándere

Vórticem, e summísque in omnis pártes prospectum aúcupo.

Non. 467, 15 'aucupari, actium positum pro passio... Pacuius Chryse...' (Chryse edd. Crysae ed. Basil. crisse Harl. Cresae Leid. Bamb.)

2 in summis dein hominis ω, sed hominibus Ba in summum, dein in omnis Lapsius summusque (vel summum, atque) in omnis Bothius senario in summis dein omnis p. prospectu a. Bue

X

aésti forte ex árido

Non. 484, 11 'aesti pro aestus.'

XI

adiutámini et deféndite!

Non. 74, 1 'adiutamini pro adiutate.' Donatus in Ter. Adelp. prol. 16 'legitur et adiutare. Pacuius in Chrese: adiuta mihi.'

adiutamini Nonius adiuta mihi Donatus

XII

'Est ibi sub eo sáxo penitus stráta harena ingéns specus.

Festus p. 343 M. 'specus feminino genere pronuntiabant antiqui — — et Pacuius in Chryse: est' e. q. s.

XIII

Si quá potestur ínuestigari uia

100

Non. 508, 28 'potestur pro potest.'

XIV

Inuéní, opino, Oréstes uter essét tamen.

Non. 475, 1 'opino pro opinor... Pacuius Chryse... Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optimum et pro uiribus' e. q. s. (Orestes... optimum om. Bamb.) Cf. inc. fab. XIII^b.

opino esse optimum Orestes ω uter esset Rothius, Duloresti hunc versiculum ascribens. ut heres sed ω

XV

'Ossuum inhumatum aestuosam aulam

102

103

Priscianus p. 710 P. 'quidam tamen ueterum et hoc ossu et hoc ossum proferebant, unde Pacuius in Chryse...'

ossuum, quod conieceram, Ba ossum φ aestuosam supraser. uel actuosam Bern. aulam conieci: cf. v. 114 et mus. Rhen. 33, 8. auram φ, vaporem interpretatus est Ellis

XVI

pró merenda grátia

Simúl cum uideam Gráios nil médiocriter

105

Redámptuare opibúsque summis pérsequi

Festus p. 273 M. 'redantruare dicitur in Saliorum exultationibus: cum praesul amptruauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem idem motus — Pacuius: pro' e. q. s. Non. 165, 18 'redandruare, redire (reddere vir d. ap. Quicheratum) ... P. Chryse: Graecos nihil m. r.'

1 promerenda *Vrsinus interpunctione post gratia posita* (cum simul coniungit *Bue*) proaererenda *cod.* 2 an uidebam? Graecos *Nonius* nihil ω 3 redandruare *Nonius*

XVII

... atque eccos únde certiscént ...

Non. 89, 21 'certissant, certa fiant.'

atque *Vrbín.*, *Bentinus* aquae φ certiscent *Vossius* certissent ω certiscant *Quicherat* certiscam *coni. x*

XVIII

... . fúgimus, qui arte hac uéscimur.

Non. 415, 34 'uesci etiam significat uti ...'

qui fort. delendum vel in que mutandum haec *GH*

XIX

Pérque nostram egrégiam unanimatém, quam memória <nulla>

110 Déiugat

Non. 101, 27 'deiuigare, deiuigere, separare, dissociare ...'
Idem 142, 31 'memoriam positum pro uetustate.'

1 *caesurae quidem transponendo* unanimatém egrégiam *consulatur, sed cf. 123* <nec> memoria *proposui* 2 defugat
L p. 142 perque <te> Nóstram e. u. q. m. deiuugat *Bue*

XX

Set céssó inimicitiam íntegrare?

Non. 127, 4 'integrare, redintegrare ...'

Vulgo sine interrogandi signo legitur

XXI

Di mónerint meliora átque amentiam áuerruncassínt
tuam!

Pauli Festus p. 373 M. 'uerruncant, uertant. Pacuius: di' e. q. s. 'id est auertissent' (auertissint?) Varro de l. l.

VII 102 M. 'apud Pacuium: di' e. q. s. 'ab auertendo auerruncare.' Non. 507, 26 'moneris pro monueris. Pacuius Armorum iudicio ... idem Chryse: di monerint meliora.' (chrysace Leid.) Idem 74, 22 'auerruncare, auertere. Lucilius lib. xxvi: di' e. q. s. 'Pacuius Medo [XVII] M. Tullius de finibus bonorum et malorum: di' e. q. s. cf. coroll. XLII.

dei *Varronis Flor. de W p. 507* minuerint et maluerint *Nonius p. 74* minerint *W p. 507* atque *om. Lucilius ap. Nonium p. 74* auerruncassent *Paulus tuam om. Varro meam Nonius p. 74*

Referenda videntur ad hanc fabulam inc. fab. XIII^b. XIV. XV. inc. fab. LXXIII; nec aliena ab eadem inc. fab. XII. XIII^a. XIX. XXII. XXIII.

DVLORESTES

DOLORESTES fere libri.

I

hymenaeúm fremunt

Aequales, aula résonit crepitu músico.

Non. 505, 1 'sonit pro sonat ...' Prope absunt ab Euripideis in Iphig. Taur. 355

*Ἀγγεῖαί τε νῦν
ὕμνοισιν ὕμναίοισιν ἀλείται δὲ πᾶν
μέλαθρον.*

2 aula *Scaliger* aura ω

II

Gnatám despondit, núptiis hanc dát diem.

115

Non. 522, 7 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus ...'

gratam *Ba*

III

Respónsa explanat: mándat ne matrí fuat
Cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

Non. 111, 6 'fuam, sim uel fiam.'

1 ne *Junius* me ω matris *suspicitur fuisse Bue*

IV

Aut híc est aut hic ádfore actutum aútumo.

Non. 237, 11 'autumare est sperare.'

An: aut ést hic? *praeterea* aut hic adest aut adfore *proposui conl. Plauti Epid. 249 (coroll. XLII)*

V

119 Hícine is est, quem fáma Graia ante ómnis nobilitát uiros?
120

Non. 352, 10 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est...'

heicine *L* hecine *H* fama Graia *Grotius* fame gratia ω famae gratia *edd. vett.* formae gratia *Scaliger* fama Graii x nobilitant x

VI

Délfhos uenum pécus egi, inde ad stábula haec itiner
cóntuli.

Non. 490, 16 'itiner pro iter.... Pacuius Atalanta.... idem Doloreste...'

Delfos uenum pecu (pucus *Ba*) secunde (secundae) ab stabula ac (hac *Bue*) itiner ω D. u. pecus egi, unde ad stabula itiner *Junius in mg.* D. uentum, pecus egi inde ad stabula, ad itiner *Vossius* Delphos ueni impete secundo, ad stabulaque itiner *Hermannus*

VII

... primum hóc abs te oro, mínus inexorábilem

Fáxis. — Ni turpássis uanítudine aetatém tuam,

'Oro: minime fléctas fandi mé prolixítudine.

Non. 184, 4 'uanitudo pro uanitate... P. Duloreste [1. 2].' Idem 160, 10 'prolixitudinem. P. Duloreste [3].' Vtrumque locum coniunxit *Lachmannus* in *Lucr. II 734*.

1 *sqq. cf. coroll. com. CXX* 1 animum tuum *supplenda videntur* minus *conieci* nimis (nimi *L*) ω ni me *Lachmannus* ne me *Hermannus* 2 ni e. q. s. alteri personae tribuenda *continuuavit Lachmannus* ni uanitudine aetatem tuam turpassis x

3 éro *W* te oro (e *codd.?*) *Onions* minime *conieci* mine ω niue *Lachmannus* effectas *H* plectas *Bothius* mi prolixitudinem ω : his *servatis* niue offectas *Bue*

VIII ad inc. fab. fr. XIII^b relegavi.

IX

Nón decet animum aégritudine ín re crepera cóncipi. 128

Non. 13, 28 'crepera res proprie dicitur dubia...'

decet *post Scaligerum* *suasit Lachmannus* uetet ω : an uolet? aegritudine *Mercerus* aegritudinem ω

X

Nónne officium fúngar uulgi, atque aégre male factúm
feram?

Non. 497, 16 'accusatiuus positus pro ablatiuo...'

malefactum *L ut vid., ed. pr.* male fatum φ

XI

Sí quis hac me orátione incílet, quid respóndeam? 130

Non. 125, 4 'incilare est increpare uel improbare...'

An: hác si quis?

XII

Nunc ne illum expectes, quádo amico amíciter
Fecísti

Non. 510, 22 'amiciter pro amice...'

1 *sq. ut septenarius exhibetur in L* 1 ne hilum *Scrivenerius* quando] quã *Ba*

XIII

... quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

Non. 491, 24 'soniti et sonu pro sonitus et sono.'

autem aut *Ba* quid stridunt *Bothius* fori ω fores *Junius*

XIV

... ubi illic ést? me miseram! quónam clam se elíminat?

Non. 38, 31 'eliminare, extra limen eicere.' Idem 292, 25 'eliminare rursus excludere.'

ille ω p. 292 quoniam ω p. 292 clam se] clamor ω p. 292 clam clam ω p. 38 quam clamos *Vossius* quonam clanculo (clanculum *Bergkiius*) se *Hermannus* An: ubi ille ést? me miseram clamor quoniam eliminat *vel trochaeis* ubi illic ést? me m.! quoniam clamor med eliminat?

XV

135 Vel cūm illum uideas sōllicitum orbitūdine

Non. 146, 19 'orbitudinis pro orbitate...'

cum ultim *L*

XVI

Pāter Achiuos ín Caperei sáxis pleros pērdidit.

Priscianus p. 668 P. 'uetustissimi tamen et altera utra ... solebant proferre, et plerus plera plerum absque que additione...'

^{io}
acheus *Reg. acheos Bamb. Bern. Amien. achaeos Sang. Karolir. achaeios Halb.* cap^berei^s *Reg. corr. m. 2 capherei Amien. Bern. Halb. Karolir. caferi Sang. Capharei vulgo prodidit Sangall. m. 1*

XVII

[ni] me cáluitur suspício,

Hóc est illud quód fore occulte Oéax praedixít . .

Non. 7, 3 'caluitur dictum est frustratur...'

1 *sq. Trochaeos Bothius agnovit.* 1 nisi me *Bothius* me ω ni *Hermannus* 2 *in exitu patri suppleri possit*

XVIII

'Vtinam nunc matrēscam ingenio, ut meūm patrem
ulciseí queam!

Non. 137, 7 'matrescam, matris similis fiam.' Huc fortasse pertinet glossa in Onomastico Labbaei: 'matrescere, μητράζειν.'

XIX

140 éxemplo Aegisthí fidem

Núncupantes cónciebunt pópulum

Non. 90, 12 'conciere, cum perturbatione commouere... Ennius Duloreste...?' (Pacuvius Scaliger Coni. p. 56. Ex-ciderat fortasse cum Ennii verbis nomen Pacuvii: cf. inc. inc. fab. XII quae Ennio suo ascripsit Vahlenus Iphig. fr. XII**)

1 exemplo *H* 2 conciebant *W*¹

XX

Néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere

Non. 115, 11 'grandire est grandem facere...'. Idem 343, 16 'mitis est maturus...'

mitiscere *supraser.* e *L* p. 115 mitescere φ p. 115

XXI

quid? quod iam ét mihi

Pigét paternum nómen, maternúm pudet

Profári.

145

Non. 424, 4 'pudet et piget hoc distant: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae...'

1 quod iam α quoniam ω quod *Bergkiius* et mihi ω , quod *nolui tangere: cf. coroll. XLII* et *mehe conl. Quintiliano* I 5, 21 *conieceram ei mihi Umpfenbachius*

XXII

Macte ésto uirtute, óperaque omen ádproba!

Non. 342, 1 'mactare est magis augere...'

omen approba *Delrio* omenque asprobo ω omenque approbo *edd.* omenque approba *Albertus Langius. praeterea* operamque omenque adprobo *proposui*

XXIII

'Amplius, rubicundó colore et spéctu proteruó ferox

Festus p. 330 M. 'spectu, sine praepositione P. in Duloreste usus est cum ait...'. Adiungi Vossius iussit inc. fab. XX.

propteruo *cod.*

XXIV

'Is quis est? — Qui té, nisi illum tu óccupas, letó dabit.

Non. 355, 17 'occupare est proprie praeuenire...'

te nisi *Vossius* tunc si ω , *in quibus fort. nesi latet* dabit *Scriuerius* dabis ω

XXV

Heu, nón tyrannum nóui temeritúdinem?

Non. 181, 21 'temeritudinem pro temeritate.'

heu, non *Mercerus* euno ω tyrannum *genitivum agnovit Mercerus*

XXVI

150 Set méd incertat díctio: quare éxpedi!

Non. 123, 30 'incertat, incertum facit.' Comparari potest Euripidis Iphig. Taur. v. 1162 *τί φοιμιάξει νεοχμόν; έξαόδα ααφάσ.*

med *Bothius* ne ω me *Junius* set túa me *suspiciatus eram* quare *Pal.*, *Scaliger* quam rem φ quam rem? *Bue* quin rem *Scaliger*

XXVII

Nil cóniectura quíui interpretárier,
Quorsúm † flexiuiçe conténderet.

Non. 260, 10 'contendit proripuit vel direxit significat....'

1 nil *Junius* nihil ω 2 flexiuiçe ω flexiuiça dictio *Grotius*, *púlchre* perplexa (an flexiloqua?) uoce *Bothius* flexa ceruice *Junius* se contenderet *Bothius*

XXVIII

<Proínde> ut ista súnť promerita uéstra, aequiperare
út^queam

Véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

Non. 307, 10 'fatiscere — — deficere... P. Duloreste [1. 2]' Idem 479, 15 'fatiscuntur pro fatiscunt... Accius Duloreste [2]' (Doloreste Bamb. dolor iste Leid.)

1 cf. *Plauti Capt.* 931 sq. *Most.* 214 ut ista *Grotius* ut si ita ω, quod ut in exclamatione teneri iussit *Vahlenus ind.* 1880 p. 6 ista si ita *Bue* 2 nisi] si ω p. 479 quod quibo boni *Junius in mg.* quod quiboni ω p. 307 quodquod quibo boni ω p. 479

XXIX

'Vnde exoritur? quó praesidio frétus, auxiliís quibus? 155
Quó consilio cónsternatur, quá ui, cuius cópiis?

Non. 262, 32 'consternari rursus erigi. Pacuius in Periboea... idem Duloreste...'

XXX

'Illum quaero, qui ádiutatur.

Non. 477, 26 'adiutatur pro adiutat.'

XXXI

Nam te ín tenebrica saépe lacerabó fame
Clausam ét fatigans ártus torto dístraham.

Non. 179, 14 'torto pro tormento.'

1 tenebrica *Scaliger* tenebricas ω 2 clausam *O. Jahnius* clausum ω

XXXII

animum quae — — moenis

160

Non. 23, 13 'moenes apud ueteres dicebantur non a largitione, sed consentientes ad ea quae amici uelint. Pacuius Duloreste: animum quae — —'

fort. animumque

Obscura sunt quae Nonius p. 345, 1 servavit 'meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit..... Varro Agathone Duloreste (doloreste Leid. m. pr.): qui merita hominem et seruum facit.' de quibus cf. coroll. XLII sq.

HERMIONA

I

..... quo tandem ipsa órbitas
Grandaéuitasque Pélei penúriam
Stirpís subauxit.

Non. 116, 15 'grandaueitas...'

1 quod tamen ω quo tamen *Bothius* 2 per penuriam ω 3 subaxet ω subaxit *Bothius*

II

Tristítia atque animi intóleranda anxítudine

Non. 72, 33 'anxitudo...'

III

165... át non cernam, nísi tagam.

Festus p. 356 M. 'tagit Pacuius in Teucro — et tagam idem in Hermiona...'

at *Bothius* aut *cod.* tagat *Vaticanus*

IV

Cum néque me aspícere aequáles dignarént meae

Non. 470, 19 'dignauí pro dignatus sum uel dignum duxi...'. Servius Dan. in Aen. XI 169 'alii dignem legunt iuxta ueteres ab eo quod est digno...'. Diomedes p. 395 P. 'digno ait Pacuius in Hermiona...'

me *om.* *Diomedes* aspiceret *Nonii* ω inspicere *Servius* meae *om.* *Diomedes* me *Servius Fuld.*

V

Príus data est quam tibi dari dicta, aút quam reditum est Pérgamo.

Non. 280, 27 'dicere etiam promittere...'

VI

Quód ego in acie célebra obiectans uítam bellando áptus sum

Non. 234, 25 'aptus significat adeptus...'

celebra *Bothius* cerebro ω crebro *Vossius*

VII

Quíd benefacta meí patris, cuius ópera te esse ultum aútumant?

Non. 237, 3 'autumare est dicere. Pacuius Periboea idem Hermiona...'

benefacta mei *Mercerus* benefaciam ei ω opera te *vulgo* opera opera te ω autumant *G.* *Bothius* autumat φ

VIII

..... régni alieni cúpiditas 170
Pelléxit.

Varro de l. l. VI 94 M. 'pellexit, quod in Hermiona est, cum ait Pacuius...'

IX

<Tuo> súb iudicio quae ómnes tetinerím grados

Non. 178, 14 'tetinerit pro tenuerit...'

tuo iudicio *Vossius* tetinerim gradus *Vossius* grados tetinerim ω Graios tetinerim *Mercerus* (*diversa docent Luchsius qu. metr. 14 et Brugmanus l. l. p. 19*)

X

Nam sólus Danais híc domum itioném dedit.

Non. 96, 1 'domuitionem.'

Danais *Junius* Danaps ω domuitionem ω domuitionem *Vossius*

XI

Par fórtitudo, gémina confidéntia

Non. 316, 18 'geminum rursus simile.'

XII

Laméntas fletus fácere compendí licet. 175

Non. 132, 29 'lamentas pro lamentationes.'

XIII

Obnóxium esse aut brútum aut elingué m putes.

Non. 77, 33 'brutum dicitur hebes et obtusum...'

et obnoxium ψ et obnixum *Vrbín.* An ne obnoxium scribendum?

XIV

'O flexanima atque ómniū regína rerum orátio!

Non. 113, 32 'flexanima. Cicero de oratore lib. II: tantam uim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est flexanima' e. q. s. 'Pacuius Hermiona...'. Cicero de

orat. II 44, 187. Tusc. disp. II 21, 47 'sed praesto est domina omnium et regina ratio.' Quintilianus I 12, 18 'quique illam, ut ait non ignobilis tragicus, reginam rerum orationem ponet ante oculos.'

o ed. 1526 hoc *Nonii* ω

XV

Quántamque ex discórditate cládem inportem fámiliae

Non. 97, 1 'discorditas pro discordia.'

corditate *HL*

XVI

Habet hóc senectus ín sese, ipsa cum pigrast,
180 Spisse út uideantur ómnia ei confieri.

Non. 393, 2 'spissum significat tardum'

1 se ω cum pigra est ipsa ω cum pigra ipsa sit *Bothius*
2 ut spisse omnia uideantur c. ω, corr. *Bothius* ut ei uideantur spisse confieri omnia x cogitari possit etiam de octonariis habet hóc s. in se, cum p. ipsast, ut spisse omnia | uideántur ei c. (*coroll. com.* CVII)

XVII

Paucís absoluit, né moraret diútius.

Diomedes p. 395 P. 'moro . . . item P. in Hermione: paucis' e. q. s.

diutius] cf. *Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 p. 69 sq.

XVIII

A té Tyndareo fieri contuméliam,
Cuius <me> ueretur máxume.

Non. 496, 30 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetium pro accusatio poni placet . . .'

1 a te *huc transposui*, quod in ω post cuius legitur, ubi olim pater conieci

XIX

Non tú te e conspectu hínc amolire? . . .

Non. 73, 13 'amolimini est recedite uel tollite . . .'

Senarium commendavit Bue, exitum v. ilico supplens

XX

Sérmonem hic nostrum éx occulto clépsit, quantum 185
intéllego.

Non. 20, 18 'clepere est furari'

clepsit *Mercerus* clepit ω

XXI

Cúrrum liquit: clámide contorta ástu clupeat bráccium.

Non. 87, 26 'clipeat.' Varro de l. l. V 7 M. 'hic Pacui rudentum sibilus, hic . . . hic: elamyde clupeat braccium.'

cursum *conieceram* linquit *Quicherat* clipeat *Nonius*, nisi quod clupeatur L clipeatur Ba braccium] etaccium *Nonii* ψ braccium *Varronis Med.* brachium *Varronis* φ accium L accipium Ba *Nonii* (in archetypo nimirum clupeatur accium scriptum fuerat) *Varronis testimonio et adlitteratione haec potius* contorta astu clamide clupeat b. *commendantur.*

XXII

Tbo atque edicám, frequentes út eant gratatum hóspiti.

Servius Dan. in Aen. V 40 'gratatur] quidam gratatur non gratulatur, sed laetatur accipiunt . . . Pacuius in Hermiona hoc uerbum posuit . . .'

edicam *Bothius* dicam *Servius*

XXIII

Concórditatem hospítio adiunctam pérpetem
Probitáte conseruétis.

Non. 88, 20 'concorditas pro concordia.'

2 probitate *F³*, *Delrio* probitatem φ

XXIV

quas gloria et — — uarietas humanum — 190

Festus p. 277 M. 're[futare significat redargue]re. Pacuius in Hemi[ona] quas gloria et [ua]rietas human[um] . . .'

gloria *Vrsinus* glorin *cod.* Potest refutat fatum uarietas in exitu versus fuisse

Ad hanc fabulam rettuli inc. fab. LIII.

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. RIBBECK.

ILIONA

I

ab eó . .

Depúlsum mamma paédagogandum áccipit
Repótialis Líber.

Festus p. 281 M. 'repotia: postridie nuptias apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio.'

1 a matris modo *lusi* ab ea d. paedagogandum a. Mamma *olim scripsi* 3 repotialis liber (*immo Liber suppletis* in Thraecís domo Regís *Bue*) *Scaliger* (cf. *coroll.* XLIII) appotalis liber *cod.* repotali lacte *O. Muellerus* r. Liberi <terra horrida> x

II

Set hí cluentur hóspitum infidíssimi.

Non. 88, 3 'cluet, nominatur . .'

sed hi *Junius in mg.* sed (est *F³H*) haec ω isti *Onions.* *Fortasse Thraeces restituendum* infidíssimi *Bothius* infidelíssimi ω

III

195 blándam hortatricem ádiugat

Voluptátem

Non. 75, 13 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse . . . idem *Iliona* . .'

2 voluptatem *Mercerus* uoluntatem ω

IV

Matér, te appello, tú, quae curam sómno suspensám leuas

Neque té mei miseret, súrge et sepeli nátum <tuum>
prius quám ferae

Volucrésque

* * *

200 Neu réliquias quaesó mias sireis dénudatis óssibus

Per térram sanie délibutas foéde diuexárier. 5

Cicero Tusc. disp. I 44, 106 'ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat: Mater, te appello . . .

natum. Haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sint miseros iudicare. prius quam ferae uolucresque. metuit ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimescit. [4. 5] Non intellego, quid metuat, cum tam bonos septenarios' ('octonarios' Lambinus) 'fundat ad tibiam.' Horatius Serm. II 3, 60 'non magis audierit quam Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis Mater te appello clamantibus.' Porphyrio in l. l. 'hoc uersu clamitabant qui est Pacuui' ('fort. in Iliona' vetus liber P. Danielis) ': [1]' idem deinde: 'hic Fufius (Fusius libri) Phocaeus tragoediarum actor fuit, qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exsurgeret uocem, in scena obdormiit.' Pseudoaero in l. l.: 'hic Fufius actor tragoediarum fuit, qui cum Ilionam tragoe-diam ageret ebrius et uellet eam simulare dormientem, grauitate uini ad uerum somnum ductus est . . . Polydorus hic necatus noctu sorori uenit in somnis rogans, ut sepeliretur hoc dicens: mater te appello, exsurge et sepeli me.' Cicero pro Sestio 59, 126 'at uero ille . . . emergebat subito, cum sub tabulas subrepserat, ut Mater te appello dicturus uideretur.' Scholiasta Bobiensis in l. l.: 'deinde post haec intulit uersum de fabula Pacuuiana, quae sub titulo Ilione fertur. In ea est quippe argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem scaenicorum ab inferiore aulaei parte procedat et utatur hac inuocatione matris suae, quam sordidatus et lugubri habitu, ut solent qui pro mortuis inducuntur, filius implorabat.' Cicero Acad. pr. II 27, 88 (cf. V)

1—5 *septenarios non sine audacia effinxerunt Bentleius et Ritschelius opusc.* III 26: cf. *trag. Rom.* 234 1 tu *Reg. Gud. Brux. Bern.*, om. φ suspensam ζ, *Porphyrio* suspensio ψ 2 tuum *Bentleius*, om. ω filium *Guetus* prius quam f. v. *maiore intervallo a ceteris dirempta fuisse uidentur Vahleno ind.* 1879/80 p. 8 4 neu reliquias semiassi reis *Gud. Bern. Reg.* ne r. semiassis reis *Brux.* neu rel. semiassi regis φ neu reliquias semiesas (*uel sic meas*) siris *Bentleius*, post quem sireis formam restituit *M. Hauptius* neu r. mias sic sireis *Bue* neu r. semustas sireis *Vahlenus*, sed *neque Polymestor Polydori corpus semustum abiicit nec Ilionam fraterni corporis tam incuriosam fore cogitari poterat, ut rogo quidem mandaret, sed nondum concrematum abriperet et feris dilacerandum relinqueret.* 5 delibutam duo *Oxon.*

V

Age ádsta: mane audi: iterádum eadem istaéc mi!

Cicero Acad. pr. II 27, 88 'quid? Iliona somno illo Mater te appello nonne ita credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? unde enim illa: age... mihi? num uidetur minorem habere uisis quam uigilantes fidem?' Idem Epist. ad Att. XIV 14, 1 'Iteradum eadem ista mihi' Eisdem verbis Cicero utitur etiam in Tusc. disp. II 19, 44.

baccheos sequor Fleckeiseni, anapaestos post dim. bacch. servata librorum scriptura dimetitur Bue audi om. Vindob. iterandum epist. Med. et Tusc. Gud. Reg. Brux. manta, audi, iterandum x eadem istaéc Mamutius eadem ista ω epist. et Tusc. eadem et ista Acad. ω

VI

Ea, út stagnorum umórem rimarém, loca

Non. 382, 8 'rimari dicitur scrutari, quaerere... Pacuuius Atalanta... Pacuius Ilione...' (accuius Leid. actius Harl. accius rell. Pacuuius Rothius)

ea ut *Bue* aut *ω* (ut *conieceram*) humidorum *Vossius* loca *scil. visi*] loco *BGH* *Confert Eur. Hec. 780 Bue*

VII

Quos égo ita ut uolui offéndo incolumis...

Non. 359, 2 'offendere, inuenire.'

incolumitas *BGH*

VIII

205 Profécto aut inibi est aut iam potiuntúr Phrugum.

Non. 124, 25 'inibi pro sic et mox...'

aut iam *H. Lipsius* tam iam *φ* haut inibi est: iam iam *conieceram coroll. XLIV*

IX

Di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
Quom prius quam intereo spátium ulciscendí danunt.

Non. 97, 14 'danunt, dant.' Idem p. 104, 5 'expetunt pro uolunt.'

¹ petunt *ω* p. 97 *praeter Vrbin.* ² cum prius *ω* p. 104 quod prius p. 97

X

Fac, út coepisti, hanc óperam mihi des pérpetem:
Oculís extraxerim

Festus p. 217 M. 'perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuius in Iliona...'

² extraxerim, *scil. aciem, conicio* traxerim *cod.* oculos transaxim *vel* oculis Traeci eruam (s. eruim) <aciem> *olim conieci* oculis Traex careat *prop. Bue*

XI

Cur ínlaqueetur híc? — Mecum altercás? tace. 210

Non. 470, 7 'altercata est, passium.' ('altercata es actium, non passium' *x*)

inlaquetur *BaL* mecum *ed. 1480 meum ω* *Personas* *distinxit Bothius* cur illa quae tu hic mecum altercata's? *secutus maxime ed. 1471 et Duentzerum x*

XII

Ne pórró te error, quí nunc lactat, máceret

Non. 16, 18 'lactare est inducere uel mulcere uel decipere...'

XIII

Quis deós infernos, quíbus caelestis dígnat decorare
hóstiis

Non. 98, 14 'dignat, dignos putet.'

quis *utroque loco Bothius* fort. decorari *hostiis Junius* hostis *ω*

XIV

'Occidisti, ut múlta paucis uérba unose obnúntiem.

Non. 183, 20 'unose, simul.'

uerba *om. L* de unose forma *nuper denno disputavit Solmsen stud. p. 66 sq.*

XV

Ibo ad eam ut seiscam quíd uelit. — Valuaé sonunt.

Non. 505, 26 'sonunt etiam inde manauit. Ennius An-

dromache aechmalotide ... Iliona: ibo' e. q. s. (Pacuius add. Junius)

eum (sc. nuntium) conieci uelit ed. pr. uelint ω

XVI

215 Repugnanti ego porro hunc ui detraxi ungu- lum.

Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus — — Pacuius in Iliona: repugnanti' e. q. s.

XVII

Paëlici superstitiosae cum uecordi coniuge

Festus p. 372 M. 'uecors est turbati et mali cordis. P. in Iliona: paëlici' e. q. s.

XVIII

'Vsi honore credo Achiui hunc scëptrum patientur poti.

Non. 475, 28 'poti pro potiri.'

usi honore ed. princ. usi honore W usi onere BaHL usi honore φ tu si conere Mercerus Achiui hunc Bue adhuic ω auitum Mercerus hunc olim scripsi, sed manco duabus syllabis versu ab initio

Eiusdem fabulae reliquiis coniectando ascripsi inc. fab. XXX—XXXIV et inc. inc. fab. XLII.

MEDVS

Cf. Cicero de off. I 31, 114.

I

'Accessi Aeacam, et tosillam pëgi lecto in litore.

Festus p. 356 M. '[tonsillam ait] esse Verrius palum dolatum — — cuspide praeferratum — — — Pacuius in Medio...' Priscianus p. 894 P. 'pango quoque pegi, et ex eo impingo imegi facit. Pacuius in Medo: tonsillam' e. q. s. (Medio Grut. Sang.) De nomine Medio cf. O. Muellerus in Varr. de l. l. VI 60.

accessi Aeam (Aean O. Müller) Bergkius, immo Aeacam Bue acces eam cod. Borb. accesseram Vatic. S tonsillam Priscianus lecto Bergkius laeto Festus cliuo Prisc. Erl. laeuo (vel leuo) φ saeuo Scriuerius

II

. . . . té, Sol, inuoco, ut mihi potestatém duis
'Inquirendi meí parentis.

220

Charisius p. 79 P. 'heres, parens, homo . . . masculino genere semper dicuntur . . . et P. in Medo cum ostenderet a Medo matrem quaeri, ait . . .'

1 sq. codicis memoriam vindicavit Bue te, Sol, inuoco, <mi proaue>, ut mihi e. q. s. temptaeram. inquirendi ut mei p. mihi potestatem duis Bothius

III

. . . . ques sunt is? — Ignoti, nescio ques ignobiles.

Charisius p. 108 P. 'im pro eum. nam ita Scaurus in arte grammatica disputauit, antiquos im ques' [hic excidisse quaedam videntur.] 'hunc eundem significare consuesse et declinari ita: is eius ei eum uel im, numero plurali is' (add. Keilius, om. cod.), 'ut est locutus P. in Medo: ques . . . ques.' Idem p. 70 P. 'ques autem dixisse ueteres testimonio est Cato . . . et Pacuius: ques' e. q. s. Priscianus p. 960 P. 'nominatiuum quoque pluralem non solum in i et ae, sed etiam in es, qui quae uel ques, ut P. in Medo: ques sunt isti?'

is Charisii cod. p. 108 (cf. Ritschelius opusc. IV 318), om. p. 70 isti Priscianus ignobiles om. Charisius p. 108 Personas distinxit Grotius

IV

Quae res te ab stabulis ábiugat? — Certum ést loqui.

Non. 73, 22 'abiugat, separat, alienat.'

Personas distinxit Bothius

V

Clamóre et sonitu cólles resonantés bount.

Non. 79, 4 'bount dictum a boum mugitibus.'

VI

Diuórsi circumspícimus, horror pércipit.

Macrobius Sat. VI 1, 36 'Vergilius: diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem. P. in Medea . . .'

VII

225 Quíd tandem? ubi ea est? quód receptast? — Exul
incertá uagat

Non. 467, 25 'uagas pro uagaris ... P. Medo ...'

qui tandem *Ba* quod *o*, *h. e.* quo: cf. *Ritschelius nov. excurs. Plaut. I p. 57 sq. et opusc. III 124, cui adversatur Bergkius symb. ad gramm. Lat. I 75* quo *Mercerus* receptast *Bergkius* receptat *o*, defendit postea *Bergkius* ire coeptat *Mercerus* incerta, sc. via *o* incerte *Bergkius*, qui personas distinguit

VIII

Cedo quórsum itiner tetinísse aiunt?

Non. 178, 10 'tetinerit pro tenuerit.'

cedo *Mercerus* credo *o* itiner *Aldina* itinere *o*

IX

Si résto, porgit út eam: si ire cónor, prohibet baétere.

Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire ... P. Nyptra: uos hinc defensum patriam in pugnam. Idem bibite Medo: si resto' e. q. s. (pugnam betite. Idem Junius)

porgit ut eam *scripsi* pergitur eam *o* pergit, ut eam *Mercerus* poscit (vel percit) ut eam *x* baetere in *lemmate BaH* betere *o*

X

Cústodite istúnc uos, ne uim qui áttolat neue áttigat.

Diomedes p. 378 P. 'attingo ... reperimus apud nonnullos auctores, quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio, sine n littera dictum, quasi attigo attigis, ut P. in Medo ...' (medio Par. A) Non. 246, 3 'attollere, afferre.'

istum *Nonius* hunc *Diomedes* ne eum qui *Nonius* ne quis uim *Diomedes* attollat *Nonius* attulit *Diomedes* neu *Diomedis* *Monac.* neue qui *Nonius* neu qui *x*

XI

Linguae bisulcis áctu crispo fúlgere

Non. 506, 16 'fulgere correpte pro fulgere ... P. Medo ...'

bisulcis *o*, *vindicavi coroll. LXXV sq.* bisulcae *N. Faber* iactu *N. Faber*

XII

múlier egregiússima 230

Forma

Priscianus p. 600 P. 'uetustissimi tamen comparatiuis huiuscemodi' (sc. piior, arduior) 'sunt usi ... P. in Medo ...' (Medio Reg. m. 1 Grut. Karolir. mecho Sang.)

1 egregissima *Grut.*, verum esse contendit *Bergkius symb. I 91.* egregisissima *Sang.*

XIII

Caélitum camílla, expectata áduenis: salue, hóspita!

Varro de l. l. VII 34 M. 'in Medo: caelitur' e. q. s. 'camillam qui glossemata interpretati dixerunt administram.' (Medio Goth. Haun. Par. b) Servius Dan. in Aen. XI 543 'unde Vergilius bene ait Metabum Camillam appellasse filiam, scilicet Dianae ministram. Nam et P. in Medea cum de Medea loqueretur ...' Eadem habet Macrobius Sat. III 8, 7.

XIV

Vitám propagans éxanimis altáribus

Schol. Veron. in Aen. V 93 p. 94 Keil. 'altaria limina — P. in (M)ed(o) ...'

exanimis *conieci* exanim. (2) *cod.* ex aris et *Maius.* An ex nouis?

XV

Populóque ut faustum sémpiterne sóspitent

Non. 170, 19 'sempiterne.' Idem 176, 5 'sospitent, saluent. ...'

populoque ut *o p.* 170 populo qui *o p.* 176 superstitent-que *o p.* 176

XVI

Repúdio hospitium: régregiundum est flico. 235

Non. 325, 1 'ilico significat statim, mox.'

hospitium *Heinsius:* cf. 232 et *Plauti Rud.* 883 *Poen.* 1041 auspicium *o*

XVII

Possum égo istam capite cládem auerruncássere.

Non. 74, 25 'auerruncare, auertere ...'

possim *Vrbín.* istam capite] istanc a te *Lipsius* (aps te x)

XVIII

Quá super red ínterfectum <tú> esse dixisti Híppotem?

Festus p. 305 M. 'super — — ponitur etiam pro de, Graeca consuetudine, ut illi dicunt *ὕπερ* — — P. in Medo: qua' e. q. s.

re *cod.* Hippotem dixisti *cod.*: olim dixi Hippotem *creticum tetrametrum finire volui*

XIX

Atque éccum in ipso témpore ostentúm senem!

Festus p. 194 M. 'ostentum non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter testimonio est P. in Medio: atque' e. q. s.

XX

Quís tu es, mulier, quae me insueto núncupasti nómine?

Varro de l. l. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus ... item in choro in quo est ... item in Medio: quis' e. q. s. Diomedes p. 449 P. 'quis mulier, cum dici debeat quae mulier, apud Pacuuium: quis' e. q. s. 'pro quae. masculinum quis pro feminino posuit.' Charisius p. 240 P. 'soloecismus fit ... pronomibus, ut: quis tu es mulier? pro quae.' [Sergii] explan. GL IV 563 K. 'soloecismus ... per genera ... apud Pacuuium: quis' e. q. s. Pompeius GL V 206 K. 'apud maiores nostros indifferenter inuenimus hoc pronomen, et quis uir et quis mulier ... est autem ratio et origo huius pronominis a Graeco ... *τις* autem apud illos tam masculini generis est quam feminini. ergo ... seruauerunt etiam genus antiqui, ut est: quis tu es mulier, qui me hoc nuncupasti nomine? quis mulier habemus et in Ennio et in Pacuio et in ipso Terentio.' Non. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit ... Pacuuius: quis' e. q. s. Iuliani excerpta GL V 319 K. 'quisnam masculini generis est aut feminini? Apud ueteres commune genus

habebatur. Da eius exemplum. Quisnam es tu ... nomine?' cf. anal. Helv. p. 138.

quisquis *Nonius* quisnam *Iuliani exc.* es tu *Iuliani exc.* mulier qui me *Diomedes* qui mulier me hoc *Pompei Wolfenb. Pariss. BC* mulier qui me hoc *Pompei q* mulier quae tam (quem etiam *Bern., i. e.* quae me tam) *Iuliani exc.* mulier quid me fuit qui commendaret insueto om. *Pompeius* inconsueto (inconsuetu *Bern.*) *Iuliani exc.* nuncupas eadem

XXI

Séntio, patér, te uocis cálui similitúidine. 240

Non. 6, 29 'caluitur dictum est frustratur ... Pacuuius Medo: sentio ... similitudine. et [XXII]' (sedet H¹ sed BaGH² set L)

te uxoris *Vrbín.*

XXII

Set quíd conspicio? núm me lactans cáluitur Aetás?

1 *iambine an trochaei numerandi sint incertum* 2 *Aeetes Bergkiius*

XXIII

neque — — <profundum>

Festus p. 229 M. '[profundum — —] altum est ac fundum — — in Medo: neq ...'

XXIV

Cicero de nat. deor. III 19, 48 'quid Medeae respondebis ... quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuuium Aegialeus? sed illud nomen ueterum litteris usitatus.'

Coniectura partim certa adiunxi inc. fab. XXXV—XXXVIII, inc. inc. fab. XCV. XCVIII sq. Cl. CII; Halmius addidit inc. inc. fab. LXXIX.

NIPTRA

facta ad Sophoclis exemplar

I

Cédo tuum pedém <mi>, lymphis fláuis fuluum ut
púluerem

245 Mánibus isdem, quíbus Vlixí saépe permulsi, ábluam
Lássitudínemque minuam mánuum mollitúdine.

Gellius II 26, 13 'flauus contra uidetur e uiridi et rufo et albo concretus ... sic multo ante' (sc. Vergilium) 'Pacuius aquam flauam dixit et fuluum puluerem. cuius uersus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini ...'

1 tuum *Fleckeisenus* tum ψ tamen χ mi *Peerlkampus*,
om. ω mihi *Bothius* lumpis *Ritschelius opusc. II* 490: cf.
coroll. LXXVI fuluum *Palat. fauum Vat. Reg. Rott. flauum φ* ,
defendí Martialis 14, 71 monet Buc

II

Anticlea

Lénitudo orátionis, móllitudo córporis

Cicero Tusc. disp. V 16, 46 'ea, quae Anticlea' (Anticlia Pith. Euryclea uideri habere aliq. Oxon. cum ed. Ven. 1481 testatur Orellius) 'laudat Vlixí pedes abluens ...' Non. 132, 3 'lenitudine pro lenitate ... Cicero Tusculanarum lib. III: lenitudo' e. q. s.

III

Páriter te esse erga íllum uideo, ut íllum ted ergá scio.

Non. 375, 7 'pariter, similiter ... P. Nitra ...'

ted *Vossius* te ω illunc erga te *Umpfenbachius cf. Plauti Pseud.* 1020

IV

Spartám reportare ínstat, id si pépétrat.

Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit. P. in Teucro — etinni patris: Spartam' e. q. s. (et in Niptris Scaliger)

reportare *O. Muellerus* reponere *cod.* reportari *Lindemannus* reponere *Scaliger*

V

Nec úlla subscus cóhibet compagem áluei,
Sed súta lino et spárteis serlíibus

250

Festus p. 343 M. 'serilla' (serilia Turnebus Adv. XVII 7) 'Verrius appellari putat nauigia Histrica ac Liburnica, quae lino ac sparto condensantur, a conserendo et contexendo dicta, quia dicat P. in Niptris: nec ulla' e. q. s. 'cum περιφραστίνης et ficto uocabulo usus sit pro funiculis, qui sparto conseruntur.' Idem p. 306 M. '[subscudes ap]pellantur cuneatae ta[bellae, quibus] tabulae inter se con[figuntur, qui]a, quo eae immittuntur, [succeditur. Pa]cuius in Niptris [1]' Pauli Festus p. 307 M. 'subscudes appellantur tabellae' e. q. s. 'Pacuius: nec ulla s. c. compagem.'

VI

Inde Aétnam montem aduénio in scruposám specum.

Non. 223, 1 'specus ... feminino ... Accius Niptris ...' (in π psaltriis Vrbm. 308) Priscianus p. 713 P. 'hic specus, quod tam masculinum quam neutrum inuenitur ... feminino tamen hoc nomen quoque inuenitur ... Pacuius in Niptris: aduenio in scruposam specum.' cf. anal. Helv. 102.

inde aduenio montem Aetam scr. sp. *Nonius* aduenio in scr. sp. *ceteris omissis Priscianus* inde aduenio montem Oetam scr. sp. *edd., Bentleyus. Temptari olim vel* inde Aetnam aduenio montem *vel* Aetnam inde montem aduenio in scr. sp. scrupulosam (scrupulosam) *Prisciani ψ scripsam Nonii L*

VII

aetate íntegra,

Feróci ingenio, fácie procerá uirum

Gellius XIII 30 (29), 3 'sicuti quidam faciem esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt: quando facies sit forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius ... itaque Pacuius in tragœdia, quae Niptra inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine. Aetate, inquit, integra' e. q. s. Excerpta Gelliana edita a Reifferscheidio mus. Rhen. XVI p. 10 'faciem hominis quidam putant esse os tantum et oculos et genas, cum facies sit modus et factura quaedam corporis totius ... unde Pacuius faciem hominis dixit pro statura: aetate, inquit, integra' e. q. s.

Non. 52, 33 'faciem, totius corporis formam, πρόσωπον, id est os, posuit antiquitas prudens ... P. Nupta ...'

uirum om. Nonius

VIII

255 Vos hinc defensum patriam in pugnam baetite.

Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire ... P. Niptra ... in pugnam. Idem bibite Medo ...' (pugnam betite. Idem Medo Junius)

nos edd. bos ω betite Junius bibite ω

IX

Vlixes

Pedetemptim ac sedato nisu,

Ne succussu arripiat maior

Dolor

* * *

Chorus

Tu quoque Vlixes, quamquam grauiter

260 Cernimus ictum, nimis paene animo es

Mollis, qui consuetus in armis

Aeuom agere

* * *

Vlixes

Retinete, tenete! opprimit ulcus:

Nudate! heu me miserum, exrucior!

265 Operite: abscedite iam iam.

Mittite: nam attrectatu et quassu

Saeuum amplificatis dolorem.

Cicero Tusc. disp. II 21, 48 'non nimis in Niptris ille sapientissimus Graeciae saucius lamentatur uel modice potius. Pedetemptim, inquit, et [1-3]. Pacuinus hoc melius quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Vlixes lamentatur in uolnere: tamen huic leniter gementi illi ipsi, qui ferunt saucium, personae grauitatem intuentes non dubitant dicere [4-7]. Intellegit poeta prudens ferendi doloris con-

suetudinem esse non contemnendam magistram. Atque ille non immoderate magno in dolore [8. 9]. Incipit labi: deinde ilico desinit [10-12]. Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat, idque moriens [X]. Charisius p. 190 P. 'pedetemptim ... Tullius Tuseulanarum secundo: pedetemptim ac sedato nisu.'

1 ac Charisius ite et Ciceronis libri 6 consuetus] defendit CFW Mueller prosod. 292 omissum es, quamquam potest in clausula versus verbum finitum secutum esse. (cf. coroll. XXI) consuetus Wolfius in ed. pr. consueris Bentleius consueueris 'codex optimus' Davisii 8 opprimit Vossius opprimate ω 9 me miserum alig. libri, Bentleius miserum me φ 10 abscedite, iamiam Davisius

X

Vlixes

Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet:

Id uiri est officium, fletus muliebri ingenio additus.

2 additust Bentleius additur maluit Bue

XI

Barbaricam pestem subinis nostris optulit,

270

Noua figura factam, commissam infabre.

Non. 40, 32 'infabre, foede, ut est affabre pulchre. P. Niptra ...' Idem 248, 20 'committere, effigiare. P. Niptra ...'

1 pristem Quicheratus subinis scripsi: cf. Pauli Festus v. sybinam p. 336 M. sabinus ω p. 248 nauibus ω p. 40 optulit] optum L p. 40 2 nouam figura fatam BG p. 248 nouam figuram factam φ ibidem

His addenda videntur inc. fab. XXXIX. XL et fortasse inc. inc. fab. LI. LII. LIII.

PENTHEVS

Seruius in Aen. IV 469 'Pentheus autem secundum tragoediam Pacuuii furuit etiam ipse.' Seruius Dan. 'Pentheus autem furuisse traditur secundum tragoediam Pacuuii. de quo fabula talis est. Pentheus, Echionis et Agaues filius, Thebanorum rex, cum

indignaretur ex matertera sua Semele genitum Liberum patrem coli tamquam deum, ut primum comperit eum in Cithaerone monte esse, misit satellites, qui eum uinctum ad se perducerent. qui cum ipsum non inuenissent, unum ex comitibus eius Acoeten captum ad Pentheum perduxerunt. is cum de eo grauiorem poenam constitueret, iussit eum interim claudi uinctum: cumque sponte sua et carceris fores apertae essent et uincula Acoeti excidissent, miratus Pentheus spectaturus sacra Liberi patris Cithaerona petit: quem uisum Bacchae discerpserunt. prima autem Agaue mater eius amputasse caput dicitur, feram esse existimans.

cf. Euripidis Bacchae et Ouidii metam. III 511 sqq.

PERIBOEA

I

. árdua per loca agréstia pes
Trepidánte gradu nitítur . .

Non. 353, 14 'niti rursum ambulare.'

1 sq. *anapaestos agnovit Vossius.* 1 *agrestia pes (vel sic) scripsi agrestia ac ψ agresti ac B agrestiaque aegre Bue*

II

. . corpusque meúm tali
275 Maeróre errore macóre senet.

Non. 137, 1 'macore pro macie.'

1 tali] *tabe ed. 1526 (cf. coroll. XLV)* 2 error *L aegrore Lachmannus. [cf. Plauti Rud. 215 (coroll. XLV)*

III

Lapít cor cura, aerúmna corpus cónficit.

Non. 23, 8 'lapit significat obdurefacit et lapidem facit.'

IV

Parum ést, quod te aetas mále habet, ni etiam hunc
ád malam

Aetátém adiungas crúciatum reticéntia?

Non. 1, 31 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt...'

1 nisi *Ba* hic *ψ*, *om. L an* huc? 2 *reticentia L¹, Gulielmius reticenti φ an reticentiae?*

V

Pátior facile iniúriam, si est uácua a contumélia. 279

Non. 430, 15 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est.' 280

uacua contumelia *ed. pr., fort. recte Quadratum versum descripsit Bothius, senariorum frustra ipse olim*

VI

Mane, éxpedibo: fác tu contra míhi quod rogo respóndeas. 281

Non. 477, 2 'expedibo pro expediam...'

iambicum octonarium indicavit x fac tum mihi contra *ψ* fac mihi contra *Ba* fac tu mihi contra *ed. princ.* ac tu mihi contra *olim conieci verbo rogo senarium claudens. Probatis illis trochaicos septenarios mane 'Expedito e. q. s. Vsenerus praeferebat*

VII

Gnate, órđinem omnem, ut déderit, enodá patri.

Non. 15, 17 'enoda significat explana...'

gnate *Mercerus gnato ω* ut dederat *Vrbm., unde* ut res erat *conieci.* utut erit *Palmerius* enoda *Palmerius* enodat *ω* pater *H* gnato... pater *Onions* gnato... enodat pater *Ed. Becker*

VIII

Constérnare, anime, ex péctore aude ecuóluere
Consílium subito, méns, quod enatúmst modo, 285
Qui pácto inimicis mórtem et huic uitam ófferas.

Non. 262, 27 'consternari significat deici. Consternari rursum erigi.'

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. Ribbeck.

1 consternate *Vossius* animae ω anima *Schegkius*. post anime interrogandi notam posuit x aude euoluere conicio hac (hanc *BGH*) et uoluere ω hoc euoluere *Bothius* hoc euoluito x 2 subito, mens conicio *Schegkio* praeeunte, qui nominativum mens habuit. subit omnes ω quod enatum est *Vossius* quod de nata est ω quod natum est *Lipsius* e re nata *Palmerius* Dubito an subitum mentis quod natumst praefendum sit. subitum, res quod enatast *Madvicus* 3 offeras *GH* efferas ϕ afferas *ed. Mediol.*: cf. *Acci* v. 360 coroll. XLV consternare, a., ex p. hanc e. | c. s., nisi quo dea nata est m. *Bue*, quae sic fere intellegi vult: 'mirare feminam consiliatricem, nisi forte divinae sit originis'.

IX

Nam mé perbitere, illis opitulárier

Quouís exitio cúpio, dum prosím . .

Non. 153, 23 'perbitere, perire.'

1 perbitere *Junius* peruitere ω 2 prosim modo *Gulielmius* nam me p. | quouis e. c. d. possim illis opitulárier *Quicherat*

X

. . . . régnum potior, cóniugem macto ínferis.

Non. 501, 21 'potior illam rem.'

XI

290 Nón potest, Melaníppe, hic sine tua ópera exanclarí labos.

Non. 292, 4 'exanclari, perfici.'

labos *Lipsius* clauos ω

XII

Postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi

Non. 498, 12 'genetinus positus pro ablativo'

oneratus *Ba* honoratus ϕ

XIII

Ecfáre, quae cor tuúm timiditas térritet.

Non. 228, 17 'timor . . . feminini.'

ecfare *Mercerus* etfare ω territat *Ed. Becker*

XIV

<Et> támen offirmato ánimo mitescít metus.

Non. 406, 9 'tamen significat tandem.'
et addidi, nisi tamen offirmatod praefers

XV

Séd nescio quid núnc est: animi horréscio et gliscit gáúdiúm.

Non. 22, 16 'gliscit est congelascit (concalescit x) et colligitur, uel crescit uel ignescit . . .'

nunc coroll. com. CXXII proposui (cf. *Luchs Herm.* VI 270) nam ω horrescit et gliscit ω (cf. coroll. XLVI) horresco, gliscit *Bothius* horrescit, gliscit *edd.* (cf. *Lucr.* III 28 *Stat. Theb.* I 493) crescit, gliscit *Bue* (conl. anthol. 248 R.)

XVI

Regum ímperator, aéternum humanúm sator 295

Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Pacuius Athalanta . . idem Periboea . .'

regum *Gulielmius* regnum ω aeternum humanum scripsi, i. e. deorum hominumque (cf. coroll. XLVI) aeternum morum ϕ aeternum mox *Ba* aeterne humanum *Bothius*

XVII

. precor ueniám petens,
Vtí quae <ego> egi ago áxim uerruncént bene.

Non. 185, 26 'uerruncent, id est uertant . . . Idem 505, 18 'axim, egerim. P. Periboea: ut quae egi . . uerruncent.'

1 ueniam petens: cf. coroll. com. CXXII 2 uti *Bue*
ut ω p. 185 aut ω p. 505 ego inseruit *Bue* axim *ed.* 1526
exim ω p. 185 uel axim ω p. 505, *Bergkius* uerruncen ω
p. 505 omnia uno octon. iamb. conclusit x

XVIII

Tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

Non. 476, 12 'tutant . . .'

tota *Ba HL* templo *Albertus Langius* templa ω
9*

XIX

nám si te regerét pudor,

300 Siue ádeo cor sapiéntia inbutúm foret

Non. 521, 10 'inbuere consuetudo inducere existimat...'

1 regeret *ed.* 1526 tegeret ω

XX

Métus egestas, maéror senium, exlíiumque et senectús ..

Non. 3, 1 'senium est taedium et odium, dictum a senectute ... nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... senium ipsum positum sic ... P. Periboea ...'

senectus *tuetur Bue mus. Rhen.* 42, 587: *ut interpretamentum vocis senium debebatur, cuius loco desertitas (conl. inc. fab. LXIII) ego, mendicitas Bue proposueramus, grandaenitas Onions*

XXI

Tríplici pertimefáctus maerore ánimi incerte erráns uagat.

Non. 467, 33 'uagas pro uagaris ... P. Periboea: in triplici' e. q. s. (Periboeam triplici Leid. Bamb.)

triplici *Vossius in triplici ω praeter BaL, de quibus vide supra: nam latere potest*

XXII

Béluarum <haec> ác ferarum aduéntus ne taetrét loca.

Non. 178, 8 'tetrét, foedet, polluat.'

beluarum ac ferarum ω beluarumque huc ferarum *olim scripsi. Temptari alia possunt, velut haec ferarum ac beluarum vel (ut Bue) beluarum aduentus ac ferarum*

XXIII

304 Quámquam aetas senét, satis habeam uírium ut te ara
305 árceam.

Priscianus p. 887 P. 'senesco incohatiuum est: nam positium eius seneo inuenitur in usu. Accius ... Pacuuius in Periboea: quamquam' e. q. s. (in Periboea om. Sang.)

Septenarium agnovit Bothius, constituit M. Hertzius. satis habeam tam Reg. m. 2 satis habeam rem ψ satis tamen habeam ipse olim in senario

XXIV

Neque tuúm te ingenium móderat, neque fratérnum ira exlíium leuat.

Non. 336, 26 'leuare rursum releuare ...' Idem 471, 7 'moderant pro moderantur.' Idem 472, 20 'moderant pro moderantur ...'

tunc te ω p. 336 moderant ω p. 336, *Ba p. 471 frater- non ω p. 471 irae L p. 336 ut Plauti Rud. 247 iram Qui- cherat uetat ω p. 471*

XXV

'O multimodis uárium, et dubium et próspere copém diem!

Non. 84, 23 'copi pro copioso ...'

uarium *scripsi uariae HL uarie φ : an recte?*

XXVI

Fléxa, non falsa autumare díctio Delfís solet.

Non. 237, 2 'autumare est dicere.'

plexa *conl. Festi p. 230 M. glossa Bergkiius (sed cf. Cicero de div. II 56, 115 'oraculis ... partim falsis ... partim flexiliquis et obscuris.')*

XXVII

.. scrupea saxéa Bacchi

310

Templá prope adgreditur

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ...'

1 *sq. numeros Bergkiius dactylicos metiebatur saxea probavit post Lachmannum Bergkiius saxa F saxa φ 2 aggreditur F An adgreditor? olim adgredite conieci*

XXVIII

... tiasantém fremitu

Concíte melum!

Non. 213, 13 'melos ... masculino ...'

1 thesiantem ω , h in *W suprascr. (cf. coroll. XLVI) thya-*

santem *Scriverius* fremitu *Junius* fremita ω 2 concidi ω concine *Palmerius*

Inserendum praeterea huic fabulae inc. fab. XLI. Merus vel librarii vel diorthotae error est apud Nonium p. 89, 14 v. 'coepere' quod pro Hypobolimaeo Caecilii (fr. V) laudatur Periboea.

TEVCER

I

Quae désiderio alúmnum, paenitúidine,
Squalé scabreque, incúlta uastitúidine

Non. 152, 29 'poenitudinem. P. Teuchro...' (Teucro Bamb.) Idem 169, 23 'scapres pro scabres...' ('scabres pro scabra es' Quicherat) Idem 185, 2 'uastities et uastitudo et uastitas...' Idem 243, 4 'alumnum, filium...' Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius — et Pacuius [2]' Eundem versum videtur Varro Manio saturae (fr. 254 B.) inseruisse 'ager derelinqueretur ac periret Squalé scabreque, inluuie et uastitúidine.'

1 poenitudine ω p. 169. 185. 243 penitudinis *BaHL* p. 152 poenitudini φ p. 152 2 squalé squapreque *ed. Nonii a. 1526: cf. Varro. squalés scabresque* (quae p. 185 qua 169) *Nonius p. 185. 169. 243 squalé scauerisque ψ p. 152 qualescauerisque Ba p. 152 quales scabres que Festus inculta uastitúidine: cf. Ter. hauit. 295: an inluuie ac uastitúidine?*

II

315 Post quám defessus <ést> perrogitando áduenas
<Omnís> de gnatis, néque quemquam inuenit scium

Priscianus p. 634 P. 'scio, sciis: sic Apuleius... et P. in Teucro...'

1 est *add. Vossius: cf. Plauti Amphitr. 1014* 2 eorum *post neque inseruit Hermannus*

III

Neque pérpetrare préciibus imperiό quiit

Festus p. 217 M. 'perpertrat, peragit, perficit.'

imperio (*sic iam Scaliger*) quiit *Hermannus* impetria quid *cod. nec pretio quiit Vossius* impetrata quit *O. Mueller*

IV

Nihilne a Troia adpórtat fando? ...

Schol. Veron. in Aen. II 81 '[fando...]' et P. in Teucro...'

nilne *Lachmannus* An adportas? fando: *cf. coroll. com. CXXII*

V

Quam té post multis túeor tempestátibus!

Non. 407, 32 'tempestas, tempus...' Idem 414, 2 'tueri, uidere...'

ebeor ω p. 407

VI

Periére Danai, pléra pars pessúm datast. 320

Priscianus p. 668 P. 'plerus plera plerum, absque que additione... Pacuius in Doloreste... idem in Teucro...'
Festus p. 230 M. 'plera dixisse antiquos testis est Pacuius cum ait: plera p. p. d.'

pessum data est *Priscianus* pessum datur *Festus, non male*

VII

Profúsus gemitu, múrmure 'occisti' ántruat.

Festus p. 229 M. 'profusus — — Pacuius in Teucro... ro occistians rua... Paulus p. 228 M. 'profusus... alias abiectus iacens. Pacuius: profusus g. m.'

occisti antruat *scripsi* occistians rua *cod. oscitans ruat Vrsinus* occentans ruat *Dacerius* occisitans ruat *O. Muellerus* occursans ruat *Hermannus*

VIII

Nos illum interea próficiendo própitiaturós facul
Remúr.

Non. 111, 20 'facul pro faciliter...'

Iambos discripsi cum Buechelero: cf. Skutsch Plaut. et Rom. 122 praeficiendo (proficiendo *Vrbm.*) ω perliciendo *Bothius*

IX

Nam Teúcrum regi sápsa res restíbiliet.

Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas — idem cum ait sapsám pro ipsa nec alia — et P. in Teucro ...'

X

325 Haúd sinam quidquám profari príus quam accepso quód peto.

Non. 74, 31 'accepso, accipio.' ('accepero' Quicherat)

XI

Facéssite omnes hínc: parumper tú mane!

Non. 306, 33 'facessere significat recedere ... Pacuvius Teucro [XIX] item [326]. Pauli Festus p. 86 M. 'facessere ... interdum uero pro abeat ponitur. Pacuvius: facessite omnes hinc, id est abite.'

omnes hinc Pauli Festus hinc omnes Nonius distinxerunt alii ante tu

XII

Telamo

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salaminem íngredi, Néque paternum aspéctum es ueritus, quom aétate exacta índigem

330 Líberum lacerásti orbasti extínxti, neque fratris necis Néque eius gnati páruí, qui tibi ín tutelam est tráditus — ?

Cicero de orat. II 46, 193 'quid potest esse tam fictum quam uersus, quam scaena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse uidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur splendida illa dicentis: (spondalia illa, l eadem manu supraser., Erl. spondalli illa Abrinc., spondali, spondalli, spondalia, spondallua, spondalis, spondaica, spondallitia ceteri libri spondaulia Salmasius ad Solin. I 88 e sponda illa Hermannus Opusc. I 304 sua sponte aliena illa Justus Jeepius Philol. IV 305 sq. e suo aliena illa Harnecker.) 'segregare... ueritus? Numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo

iratus furere luctu filii uideretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum uoce: quom aetate... traditus flens ac lugens dicere uidebatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat: quid Pacuuium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Pieri nullo modo potuit.' Ibidem III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens... et ea quae tu dudum, Antoni, protulisti: segregare abs te ausus.'

1 ausus vulgo Salaminem Laud. Salaminam Lagom. 4 Salamina φ 2 quom Erl. m. pr., Abrinc. cum Lagom. aliquot, Gud. c quem φ, probavit Hermannus 3 extinxti Manutius exstincxisti Erl. extinxisti φ 4 neque eius grati, litterae r corruptelae signo supra inposito Abrinc. neque eius crati Erl., lineola uoci eius subducta. neque gnati eius Hermannus tutela est Erl. tutelast Harl. Abrinc. Miseritum est secutum esse uidetur Hermannus

XIII

mihi classem ímperat

Théssalum nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Non. 155, 4 'properatim et properiter, celeriter, properanter ...'

1 imperat Mercerus impetrat ω 2 Thessalam ed. 1526 nauitam Vrbín. 308

XIV

Rápide retro citróque percito aéstu praecipitém ratem Réciprocare, undaéque e gremiis súbiectare adffigere

Festus p. 274 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere.' Paulus p. 275 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere ... procare est poscere: unde eque gremiis s. a.'

1 sic Buecheleri partim ingenio adiutus effinxi. rapido reciproco percito augusto citare rectem cod. rapide percitam aestu ociter ratem Hermannus rapido ultro citroque percitae aestu (vel austro) praecipitem ratem Bue 2 reciprocare scil. venti undaeque e gremiis subiectare adffigere Hermannus unde eque gremiis subiectare adffigere cod. Festi unde eque gremiis subiectare ac figere Paulus undae eque gremiis s. a. Bue harenas intellegens, sed ratem huc quoque pertinet

XV

335 . . . ármamentum strídor, flictus náuium,

Strépitus fremitus, clámor tonitruum ét rudentum síbilus

Servius Dan. in Aen. I 87 'stridor autem est sibilus. Pacuius in Teucro: armamentum stridor, et rudentum sibilus.' Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus.' Servius Dan. in Aen. IX 667 'flictu . . . et locutus est iuxta antiquum morem. Pacuius Teucro: flictus nauium.' Caelius in Ciceronis epist. ad Fam. VIII 2 'in theatrum Curionis Hortensius introiit . . . hic tibi [2]?' Conflavit has particulas G. Hermannus. Contulit Bergkius de fragm. Soph. e Sophoclis Teucro fr. 520 N².

2 cf. Plauti Amph. 1062

XVI

337 Vbi poetae pró sua parte fálsa confictánt, canunt,

338 Quí causam humilem díctis amplent

Non. 506, 26 'amplant pro amplificant.'

Bothius trochaeos agnovit 1 ubi falsa poetae Pro parte sua *Hermannus anapaestos cum Grotio dimensus* sua arte *Rothius, probabam, nisi quod ablativi suad umbram in corruptela agnoscere mihi visus eram* confictant *Bergkius* conficta ω conficte *Quicherat* canunt *Bergkius* canant ω aggerant *Bue* autumant *ipse conicceram* 2 quia *W* amplent *W*¹ amplant φ

XVII

340 Quamquam ánnisque et aétate hoc córpus putrét

Non. 159, 17 'putret.'

Baccheos indicavit Ritschelius nov. excurs. Plaut. I 65, sed idem senarii varias formas (cf. opusc. II 621) proposuit. quamquam mi annisque et a. h. c. p. *Hermannus. Senarii primam syllabam (e. c. nam) ipse olim explendam statui*

XVIII

Aut me óccide, illinc si úsqum probitám gradum.

Non. 154, 3 'prouidere' (probitere Stewechius) 'prouidere efferre.'

illinc si usquam *Vossius* illa hinc si ne usquam ψ (in si

ne *litteris* sei *latere potest*) probitam *Stewechius* prouideam ω progrediam *Onions*

XIX

Té repudio néc recipio: náturam abdicó: facesse!

342

343

Non. 306, 32 (cf. XI)

Octonarium trochaicum constitui quem olim Hermannus auctore in duorum senariorum frustula discerpseram. naturam dico facessti (facesst *GL* facesse *ms. Fabri* facesse *H, om. B*) ω naturam abdicó: facesse, i *Hermannus* natum abdicó, facesse *Mercerus* natum meum abdicó: facesse hinc *conicio* *conl. 55 et 326*

XX

. . . . ut égo, si quisquam mé tagit

Festus p. 356 M. 'tagit P. in Teucro: ut ego' e. q. s. 'et tagam idem in Hermiona — sine dubio antiqua consuetudine usurpauit: nam nunc ea sine praepositionibus non dicuntur, ut contingit attigit.'

at *Bergkius*

XXI

nisi cóerceo

345

Protéruitatem atque hóstio feróciam

Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — — nam et hostire pro aequare posuerunt — — et Pacuius in Teucro: nisi' e. q. s. Non. 121, 15 'hostire est comprimere, recedere ('recidere' Quicherat), dictum ab hostia. Pacuius Teucro: nisi' e. q. s. 'hostire, offendere cedere (i. e. caedere). Pacuius Erotopaegnon lib. II' (Laevius Mercerus, sed fortasse alter Pacuvii locus ante Laevii nomen excidit) Idem 490, 19 'ferocia pro ferocitate.'

Sic truncata extant apud Nonium p. 490: misicitia ferocitate (ferocitate BaL ferocitate H) at que ferocia, in quibus non diversa a nostris latere iudicavit post Mercerus Hermannus; historico alicui tribuit Stowasser progr. Freist. 1884 p. 5 1 coerceo *Vrsinus* coeaceo *cod. Festi* coercoero *Nonius* p. 121 2 propteruitatem *L Nonii* p. 121 proteruitates *Festus* hostiaero *Nonii* p. 121 *H*

Adiunxi huius fabulae reliquiis inc. fab. XLIII—XLV. XLIX. L, inc. inc. fab. XLIV. XLVI. XLVII. XLIX.

EX INCERTIS FABVLIS

I

Pastor

Exórto iubare, nóctis decurso ítinere

Varro de l. l. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata, Pacui dicit pastor...'
Ibidem VII 76 M. 'iubar... huius ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuius: exorto' e. q. s. Antiopae exordio desumptum videtur.

II

'Odi ego homines ígnaua opera et philosopha senténtia.

Gellius XIII 8 'item uersus est in eandem ferme sententiam Pacuii, quem Macedo philosophus, uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium temporum...'
Non abhorre a Seti in Antiopa persona, monuit Valckenarius Diatrib. p. 77. Comparavit Hartungus Eur. rest. II 420 fr. Eur. 61 N². *μισῶ σοφόν ὄντ' ἐν λόγῳ, ἐξ δ' ὄνησιν οὐ*

σοφόν, quod in margine Orionis *ἐξ ἐν* sumptum esse notatur, h. e. Schneidewino interprete *ἐξ Ἀλεξάνδρου*.

odi ego (ut *Plauti Amphitr.* 328) vel ergo odi *Bothius* ego odi ω, quod olim ita tuebar, ut primam versus syllabam excidisse statuerem. Erunt fortasse qui ego odi homines commendent (coroll. XXXVI)

III

Tu córnifrontes páscere armentás soles.

Non. 190, 20 'armenta... feminino Ennius... uiuus: tu' e. q. s. (cf. Thilo ad Servium Aen. III 540) Amphioni in Antiopa scite tribuit Welckerus Gr. tr. p. 821.

tu pascere cornifrontes soles armentas *Nonius, corr. Junius*

IV

350 Agite íte, euoluite rápite, coma

Tractáte per aspera sáxa et humum,

Scindíte uestem ocíus!

Marius Victorinus GL VI 77 K. 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium... Contra

Pacuius nouare propositum uolens noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum quod appellatur induxit, ut nominis (mominis?) mutatio diuersitatem daret, huiusmodi stasimo seu periodo usus... Baccharum in Antiopa choro tribuit conl. fr. XII Hartungus.

1 euoluite (sc. e latebris) *Kiesslingius* noluite ω eam uoluite *volebam* auellite *Bue* coma tractate *coniungenda esse vidit Vsenerus*

V

ah!

Cepísti me istoc uérbo, miseretúr tui.

Non. 477, 16 'miseretur pro miseret...'

1 sq. at (ad *BaL* ac *suprascr. W*) cepisti ω *Atalanta* (quasi *fabulae nomen*): cepisti *Mercerus* atat cepisti *Gulielmus* 2 me om. *L*, ut *integer senarius* ah! cepisti e. q. s. *evadat* istoc uerbo *Mercerus* isto cum herbo (erbo *W*) ω

VI

Miserét me, lacrimis língua debilitér stupet.

355

Non. 98, 17 'debiliter, debilitate.' Hoc et sequens fr. potuit in Antiopa locum habere; nisi forte fr. VI ex *Iliona* potius excerptum est.

VII

Qua te ádplicasti támen aerumnis óbruta?

Priscianus p. 860 P. 'plico plicas plicui uel plicui... inuenitur tamen etiam cum praepositione in aui faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuius...' Cf. Antiopae fr. XIV.

qua *Ba* quae φ quo *Bothius* quoi x adplicasti *Brugmannus* adplicuisti *H* adplicauisti (appl.) φ tam *edd. ante Ascensianam a. 1516, Vossius 'ex ms.'* tam aer. adplicauisti *prop. x*

VIII

quin etiám ferae,

Quíbus abest ad praécauendum intéllegendi astútia,

Mórtis iniectó terrore horréscunt

Cicero de fin. V 11, 31 'omnes metu mortis afficiuntur... quin etiam ferae, inquit Pacuius, quibus abest ad p. i.

a. iniecto terrore mortis horrescunt.' Vocem horrescunt Pacuvianam esse censet Madvicus, illa autem: iniecto terrore mortis, quae in versus speciem redege, contractam in brevius Pacuvii sententiam exhibere. Statui autem Vlixem in Armorum iudicio hoc exemplo usum esse.

2 astucias *Pal.* astuties *dubitanter Madvicus*

IX

360 Pandíte ualuas, <remouéte seras,
Vt> cómplectar!

Festus p. 282 M. '[re]serari] — — — Pacuuius in
..... (pan)dite' e. q. s.

1 sq. remouete seras, ut *Scaliger. Nihil apparet in codice*

X

Nunc primum opacat flóra lanugó genas.

Pauli Festus p. 94 M. 'Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc uersu...' De Parthenopaeo in Atalanta dictum videtur: cf. Aeschylí Sept. 534 *στείχει δ' ἰούλος ἔργα διὰ παρηίδαν.*

flora *Scaliger: cf. Acc. 246 flore ω*

XI

... térra exhalat aúram ad auroram úmidam.

Varro de l. l. V 24 M. 'humor hinc, itaque ideo Lucilius: terra abit in nimbo imbremque. Pacuuius: terra... humidam, humectam.'

exhalat *Laetus* exalat *F* exhalabat *cod. B* ad] atque *F*
aurora *Bothius* humidam *ω* exhalat auram terra ab
aurora humidam *Grotius*

XII

Graiúgena: de istoc áperit ipsa orátio.

Cicero de nat. deor. II 36, 91 'dicaturque tam aether Latine quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius [Chrys. 89] quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur. Si quidem nos non quasi Graece loquentem audiamus. Docet idem alio loco: Graiúgena' e. q. s. Quadrat Euripidis Iphig.

Taur. v. 236 *Ἕλληνες: ἐν τοῦτ' οἶδα, καὶ περαιτέρω*, unde coniectura hoc fr. alii ad Dulorestem rettulerunt, ipse nunc ad Chrysen pertinere puto.

istoc *Bothius* ista *Erl.* isto *φ*

XIII^a

Solátur auxiliátur hortatúrque me.

365

Festus p. 301 M. 'solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuuius, cum ait: solatur' e. q. s.

XIII^b

Pylades

'Ego sum Orestes.

365¹

Orestes

'Immo enim uero ego sum, ínquam, Orestes ...

* * *

Vterque

... ámbo ergo igitur símul una enicárier
Cómprecamur.

Cicero de fin. V 22, 63 'qui clamores uulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur: ego sum Orestes, contraque ab altero: immo' e. q. s. 'Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: ambo' e. q. s. 'quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis?' Ibidem II 24, 70 'aut Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut mori pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares, et si id non probares, quo minus ambo una necaremini non precarere?' Idem Lael. 7, 24 'qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuuii noua fabula! cum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret, stantes plaudebant in re ficta.' cf. Augustinus confess. IV 6. In Chryse, non in Duloreste hanc scaenam fuisse coniecit O. Jahnius Herm. II 233.

2 sq. cf. *coroll. XLVII* ambo ergo (igitur *Vind.*) sunaneganum (*sic Palat. Erlang.* sunaniganum *vel* summa negarim *alii*) precamur *ω* ambo ergo una necarier precamur *Madvicus* ambo ergo sic una enicarier Comprecamur (*vel* precamur *in medio*)

versu) Hermannus. ámbos ergo uná neca (*aut* ambo érgo nos una n.): *Precámur Bue: paene persuasit. Bergkiius mus. Rhen. XIX 605 hunc locum sic disposuit:* PY. égo sum Orestes. OR. immo enim nero ego sum inquam Orestes. TH. ámbos ergo una | necámini? OR. PY. precámur

XIV

Fórtunam insanam ésse et caecam et brútam perhibent
phílosophi,

Sáxoque instare ín globoso praedicant uolúbilei:

Id quo saxum inpúlerit fors, eo cádere Fortunam
aútumant.

Insanam autem esse áiunt, quia atrox íncerta instabi-
lísque sit:

370 Caécam ob eam rem esse íterant, quia nil cérnat quo
sese ádplicet: 5

Brútam, quia dignum átque indignum néqueat inter-
nóscere.

Súnt autem alii filósophi, qui cótra Fortuná negant

Vllam miseriam ésse, temeritátem esse omnia aútumant.

Id magis ueri símile esse usus re ápse experiundo
édoct:

375 Vélut Orestes módo fuit rex, fáctust mendicús modo. 10

Rhet. ad Herenn. II 23, 36 'itemque infirma ratio est, quae non necessariam causam affert expositionis, uelut Pacuuius [1—10]. Nam hic Pacuuius infirma ratione utitur, cum ait uerius esse temeritate quam fortuna res regi. nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is qui rex fuisset mendicus factus esset.' Ibidem 24, 37 'item infirma ratio est, quae uel alii expositioni potest adcommodari, ut facit Pacuuius, qui eandem affert rationem quare caeca, eandem quare bruta fortuna dicitur.' Versui 10 subiunguntur haec: naufragio nempe ré (rex Par. II res Par. P m. 2) ergo id fructu (fructū Par. P fluctu Par. II m. 2) forte aut fortuna obtigit Herbipol. Par. HB Bern. n. n. res ista contigit ergo id non forte aut fortuna obtigit rell. libri Marxiani. Quae scholiastae doctrinam, non Pacuuii poesin praestare uidit Hermannus.

Pacuuii uersum qui restituere uoluerunt varia temptauerunt uelut naufragio nempe: ergo id factum forte, haud fortuna obtigit Salmasius. ipse in coroll. XLVII proposui: n. n.: ergo id factum haut forte fortuna o., Marxius nuperrime: n.: nempe ergo id f. F. aut F. optigit? Hoc et fortasse fr. XV ex Chryse sumptum uidetur.

1—10 *Pertractavit hunc locum in Philologi VII p. 383 sqq. Fleckeisenus* 2 saxoque instare in globoso praedicant uolubili Salmasius saxoque instare in globos (globoso Par. II m. 2) posse dicant uolubili Par. uterque, Herbip. Bern. saxoque instare globo praedicant uolubili Bamb. Leid. Darmst. saxique instar globosi esse dicunt uolubilem Corb. saxique esse instar globosi p. uolubilem probavit Hermannus 3 id quo Par. II, prob. Salmasius id quod Herbip. Par. P m. 1 Bern. quo Corb. m. 1 quia quo Corb. m. 2 Darmst. ideo quia quo Bamb. Leid. Par. P m. 2 quia quo id olim posui ut in v. interpolato fortuna Herbip. Bern. 4 5 *inverso ordine leguntur* 4 esse Hermannus, om. libri, quos qui secuntur uocabuli atrox prosodiam ignorant instabilis siet Hermannus 5 rem] causam Darmst. esse om. Bamb. 7 fortuna Bamb. Leid. fortunam q negent Bamb. Leid. Darmst. 8 *Corrupta in libris, interpolata, mutilata certa fide restitui non possunt.* ullam miseritatem esse autumant (autumanitatem Herbip. temeritatem Erf.) Par. uterq. Bern. Herbip. ullam miseritatem esse sed temeritate omnia regi autumaent Corb. (sed temeritate omnia regi—regi omnia Bern. — Par. P Bern.) ullam esse miseriam (miseriam ullam esse Darmst.) sed temeritate omnia regi (geri Leid.) autumant Bamb. Leid. Darmst. Fortunam n. ullam miseriam in rebus esse, Temeritatem esse autumant Marx miseriam esse ullam Grotius *Versum 9 restituit Salmasius. In eadem ignarus et ipse incidi et, quem non magis noveram, Spengelius.* ueri om. Herbip. esse Herbip. m. 1 esse aiunt Par. P m. 1 II Bern. Herbip. m. 2 esse aiunt quod Par. P m. 2 Corb. Bamb. Leid. Darmst. reapse Victorius re (res Par. P m. 2 Corb.) ab se o 10 factust Hermannus factus Leid. m. 1 factus est q modo om. Bamb. Leid. Darmst. Post 10 naufragio nempe ergo id factum Forte aut Fortuna optigit? sequi uult Marx

XV

. mendicus, mánticator: íta fati oppressit iugum.

XV—XVIII Festus p. 133 M. 'manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Vnde manticulari dicebantur qui furandi gratia manticulas attrahabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo

uerbo. Pacuius [377. 376] Item [378] et [379 sq.]' Pauli Festus p. 132 M. 'manticulari dicuntur, qui manticulas at-
trectant, ut furentur. Vnde poetae pro dolose quid agendo
hoc uerbo utuntur. Pacuius: ad manticulandum astu
adgreditur.' Post manticula periisse extremam partem
articuli manticularum et primam sequentis de manticularibus
censet O. Muellerus. Cf. Placidi glossa (CGI V 6 G.) 'ad
manticulandum, ad dolum et strophas excogitandum.'

sum *vel* nunc *vel* ego *suppleri licet* modici manticulatur
ita me facti oppressi iugo *cod.* mendicus, manticulatur: ita
me fati oppressit iugum *Grotius* (aliis) modice manticulatur
uita, me f. o. i. *Bue*, ingeniose

XVI

'Ad manticulandum ástu aggreditur. — scíte nimquid
prompserit?

*Personas distinci alteramque feci interrogantem; scit enim
quid cod., quod scite (vel sciti) nimquid (h. e. numquid) inter-
pretatus sum coroll. LXXVI prompserit comeci promeruerit
cod. scite quid prome, erue Scaliger. In schedarum scriptura
acquievit Lachmannus*

XVII

Deínde adgrédíar ástu regem: <nám> manticulandum
ést mihi.

deinde *alii Festo reddiderunt* regem (rogem *in ed. noviss.*)
cod. rem Lachmannus senarium dimensus hic ante mihi
inserit Aldina cf. *Plauti Trin.* 963

XVIII

máchinam ordírís nouam:

380 Mánticulata astu áne saneta iúra iuranda ádicis?

Pacurio reddidi cum Buechelero: cf. coroll. XLVII sq.
1 ordi sis x 2 manticulata astu *comeci* manticulatactu *cod.*
anne] an *cod.* sancta iura *comeci* sanctiora *cod.* iuranda
adicis *comeci* dicis iurairanda *cod.* manticulata an sanctiora
iura iuranda adicis *Bue*

XIX

Cum deúm triportenta

Varro de l. l. VII 59 M. 'Pacuius: cum d. t. —'

XX

Vóce suppressá, striato frónte, uoltu túrgido

Non. 204, 30 'frontem feminino genere Vergilius ...
masculino Titinius ... feminino Pacuius: uoce' e. q. s. 'Cato
... fronte longo ... Caecilius ... fronte hilaro ...' (feminino
del. Mercerus) cf. coroll. XLVIII. Nostrum versum Vossius
adiungi uoluit ad Dulorestis fr. XXIII.

striato *Kiesslingius conl. Apulei metam.* X 3 innato ω
irritato *Scaliger* minato *Onions* túrgido: cf. *Apuleius metam.*
IX 21 turpitude *W*, mss. *Merceri* turpido φ turbido *Passeratius*

XXI

Quid ést? nam me exanimásti prologió tuo.

Pauli Festus p. 226 M. 'prologium principium, prolo-
quium.' Fortasse huc adlusit Lucilius apud Nonium p. 30, 27:
útrum [tu] trísti's contorto aliquo ex Pacuiano
exordio? Cf. Euripidis Iphig. Taur. v. 1162 laudatus ad
Dulor. XXVI et 1160 $\tau\acute{\iota}\ \delta'$ $\xi\sigma\tau\acute{\iota}\nu$, $\tau\acute{\iota}\mu\acute{\iota}\nu\epsilon\iota\alpha$, $\kappa\alpha\iota\acute{\nu}\delta\acute{\nu}$ $\acute{\epsilon}\nu$ $\delta\acute{\omicron}\mu\acute{\omicron}\iota\varsigma$;

XXII

In túrba Oresti cógnita, agnota ést soror.

Priscianus p. 887 P. 'notandum tamen, quod cognosco
cognoui cognitum et agnosco agnoui agnitum in frequentiore
usu faciunt pro o paenultima producta, quam uetustissimi
seruabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia ...
Pacuius secundum utrumque protulit ...' Ex Chryse haec
sumpta uidentur.

XXIII

... quid cessátis, socii, eícere spiras spárteas? 385

Festus p. 330 M. 'spira — — funis nauticus in orbem
conuolutus, ab eadem omnes similitudine.' Conlatis Euripideis
ex Iphig. Taur. 1386 $\acute{\omega}\ \gamma\eta\varsigma$ $\acute{\epsilon}\lambda\lambda\acute{\alpha}\delta\omicron\varsigma$ $\nu\acute{\alpha}\tau\alpha\iota$, $\nu\acute{\epsilon}\acute{\omicron}\varsigma$ $\Lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\theta\epsilon$
 $\kappa\acute{\omicron}\pi\alpha\iota\varsigma$, $\acute{\rho}\acute{\omicron}\delta\acute{\iota}\acute{\alpha}$ $\tau\epsilon$ $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\alpha\iota\upsilon\epsilon\tau\epsilon$ sat probabile fit ad Chrysem haec
quoque pertinere.

praemitti vel eia vel agite licet

XXIV

... reprime íncicorem iracúndiam.

XXIV. XXV Pauli Festus p. 108 M. 'incicorem, imman-
suetum et ferum. Pacuius [386] Interdum eicur pro sapiente
ponitur, ut idem Pacuius [387].'

XXV

consiliúm cicur

XXVI

núlla res

Néc cicurare néque mederi pótis est neque refígere.

Varro de l. l. VII 91 M. 'apud Pacuium: nulla res' e. q. s. 'cicurare (cicorare Flor.) mansuefacere.' Fortasse responsum ad fr. XXIV.

2 nec *Lachmannus* neque ω potest *F* refígere *scripsi* reficere ω refingere *suaserat Lachmannus* rem reficere *A. Spengelius*

XXVII

390 Séd cum contendí nequitum úi, clam tendenda ést plaga.

Festus p. 162 M. 'nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut Pacuius cum ait: sed cum' e. q. s.

An nequitur? ui *Scaliger* ut *cod.* tendenda est clam *conieci*

XXVIII

Priamús si adesset, ípse eius commiserésceret.

Servius in Aen. XI 259 'uel Priamo miseranda manus] . . . est autem Pacuui qui ait . . .' Cf. Ovidii metam. XIV 474 naufragium redeuntium Achivorum narrantis: 'Graecia tum potuit Priamo quoque flenda uideri'; et Senecae Agam. 521 'cladibus nostris daret Vel Troia lacrimas'; denique Terentii hec. I 2, 53 'ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.'

Priamus si adesset, ipse *Bothius* si Priamus adesset et ipse *Servius*

XXIX

Quóniam ille interít, imperium Céfalo transmissum ést . .

Philargyrius in Verg. ge. IV 437 'quoniam pro postquam.'

Cefalo *dubitanter posui: cf. trag. Rom. p. 317 sq. calefo Vatic. Telepho Grotius*

XXX

Alcýonis ritu lítus peruolgáns feror.

Varro de l. l. VII 88 M. 'origo in his omnibus Graeca, ut quod apud Pacuium: alcyonis' e. q. s. 'haec enim auis Graece dicitur *ἐλκύνω*, nostri nunc alcedo; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyonios appellant. Quod est in uestu alcyonis ritu, id est eius instituto.' cf. Ritschelius opusc. II 500. Deiphilum conieci haec in Iliona questum esse.

peruolans *Par. a* (cf. *Lucr.* II 346) feror *Victorius* furor ω

XXXI

'Omnes latebras, súbluta mole <ómnes> abstrusós sinus

Suetonius apud Isidorum de nat. rerum 44 p. 73 ed. G. Becker (in Suetonii reliq. ed. a Reifferscheidio p. 243) 'moles quae eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuuius: omnes' e. q. s. Ilionae tribui ariolando (cf. inc. inc. fab. XLIII), item fr. XXXII et Bergkio auctore XXXIII.

subluta mole *scripsi* sub leto (sublaetu *Bodl.*) mole (vel molae) ω sub lata mole *Arevalus* obiecta mole *Rothius* abstrusos *Langensiepenus* abstrusas (vel obstrusas) ω obrutas vel obrutas *Arevalus* sub litoribus moles abstrusas s. *Bue*

XXXII

Quid méd obtutu térres, mulces laúdibus? 395

Pauli Festus p. 144 M. 'mulcere enim mollire siue lenire est.' cf. p. 186 'optutu' (Reitzenstein Verrin. Forsch. 36) me ω

XXXIII

Servius in Aen. II 506 'de morte autem Priami uarie lectum est. alii dicunt, quod a Pyrrho in domo quidem sua captus est, sed ad tumulum Achillis tractus occisusque est iuxta Sigeum promontorium (nam in Rhoeteo Ajax sepultus est): tunc eius caput conto fixum Pyrrhus circumtulit. alii uero quod iuxta Hercei Iouis aram extinctus sit dicunt . . . et hanc opinionem plene

Vergilius sequitur, licet etiam illam praelibet, ut suo indicabimus loco.' Idem in Aen. II 557 'iacet ingens litore truncus] quod autem dicit litore, illud, ut supra diximus, respicit, quod in Pacuui tragoedia continetur.'

XXXIV

Servius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem (Hec. 3) Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.' Cf. Iliona

XXXV

Póst quam calamitás complures ánnos aruas cáluitur

Non. 192, 30 'arua ... feminino ...' Medi frustum agnoscere mihi visus sum.

complures *Bergkiius* plures ω per plures *Bothius*

XXXVI

Angués ingentes álites iunctí iugo

Cicero de inv. I 19, 27 'fabula est, in qua nec uerae nec ueri similes res continentur, cuiusmodi est ...' Victorinus explan. in rhetorr. Cic. p. 202 H. 'fabulam dicit esse quae nihil ueri nec ueri simile continet, et dat exemplum: cuiusmodi est angues' e. q. s. Huc spectare Ciceronem de rep. III 9, 14 intellexit A. Maius: 'nunc autem, si quis illo Pacuiano inuehens alitum anguium curru multas et varias gentes et urbes despiciere et oculis conlustrare possit.' Augustinum denique Soliloq. II 15, 29 eodem loco uti notavit Otto ab Osanno laudatus: 'non enim, cum dicitur iunctis alitibus anguibus Medea uolasse, ulla ex parte res ista uerum imitatur, quippe quae nulla sit ... non ergo dicemus illud de Medea nescio quod monstrum falsum esse ... itane tandem cum audio angues ingentes alites iunctos iugo, non dico falso?' idem epist. VII 4 'ego enim mihi ut libet atque ut occurrit animo, Aeneae faciem fingo, ego Medae cum suis anguibus alitibus iunctis iugo, ego Chremetis et alicuius Parmenonis.' Confess. III 6 'uolantem autem Medeam etsi cantabam, non asserebam, et si cantari audiebam, non credebam.' Eodem referri possunt Varronis e Marcipore satura (fr. 284 B.) apud Non. 451, 16 'dixe regi

Medeam aduectam per aëra in raeda anguibus.' in quibus uerba 'per aëra in r. a.' iambicum numerum produunt. Vix dubium quin ad Medum hoc fr. reuocandum sit; ac fortasse eodem pertinent fr. XXXVII et XXXVIII.

XXXVII

... uolucris cúrrit axe quádriga.

398

399

Isidorus differ. 47 'uolucres autem non solum aues uocamus, sed quadrupedes nimia pernecitate currentes, sed tamen cum adiectione, ut puta uolucrem equum, uolucrem figridem. Ut est illud Pacuui: uolucris' e. q. s.

Medea *uersum expleat* quadriuga *scripsi*: cf. *Enn. v. 92 coroll. trag. XLVIII com. CXXIII* quadriga ω

XXXVIII

Pausillum repeda, gnáte, a uestibuló gradum.

400

Festus p. 281 M. 'repedare, recedere. Pacuius: paulum' e. q. s.

pauillum *O. Muellerus* paulum *cod.* repeda *Vrsinus* recede *cod.*

XXXIX

Quae meúm uenenis fléxit socium péctora.

Servius Dan. in Aen. V 28 'flecte autem significat muta, Pacuius: quae' e. q. s. Recte Bothius Circes uenena in Niptris memorata intellexit.

XL

eundem filios

Sibi prócreasse pér Calipsonem autumant.

Priscianus p. 685 P. 'in o productam desinentia Graeca sunt feminina et uel Graece declinantur ... uel addita nis faciunt genetium, ut Dido Didonis. Accius [386] Pacuius: filios' e. q. s. paulo infra: 'quod autem Ionis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his uerbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Lilius ... Ennius ... Accius.' Charisius p. 47 P. 'sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuius sic declinat ...' Niptris reddidit Delrio.

1 sq. filios sibi procreasse eundem *Charisius* filios sibi

procreasse dicitur eundem *Priscianus* filios tibi p. eandem *Vossius* filios sibi procreasse (om. eundem) *Bothius*. *Trochaeos ipse olim practuli* filios sibi p. eundem p. C. a.

XLI

Calidónia altrix térra exuperantúm uirum

Varro de l. l. VII 18 M. 'Pacuius: Calydonia' e. q. s. 'ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non terra.' *Quadrat* fere ex Euripidis *Oeneo* fr. 558 N². ὁ γῆς πατρώας καίτε φιλτατον πέδον Καλυδῶνος, quo motus Periboeae hoc fr. inserendum esse conieci.

exuberantium *Flor.*

XLII

lábitur

405

. trabica in álueos.

Pauli Festus p. 367 M. 'trabica nauis, quod sit trabibus confixa. Pacuuius: labitur' e. q. s.

2 alueo *Dacernius*, fort. recte. *Possis etiam sic disponere:* trabica lábitur | in álueos aut, ut monet *Bue*, labétur trabica in a.

XLIII

Nám si quae euentúra sunt prouídeant, aequiperént Ioui.

Gellius XIV 1, 34 'praeter haec autem . . . multa etiam memini poetarum ueterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuuium illud . . .'

Comparatis Sophocleis inc. fab. fr. 833 N²
 ἄλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ θεῖα κρηπτόντων θεῶν
 μάθοις ἐν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σιοπῶν
 ad Teucrum hunc v. rettuli.

nam si qui quae *vulgabatur* quae om. *Lugd. Z* aequiperem *Vossius*

XLIV

Nérei repándirostrum incúruiceruicúm pecus

Quintilianus I 5, 67 'ceterum etiam ex praepositione et duobus uocabulis dure uidetur struxisse Pacuuius . . .'

Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus, hic in-

curuiceruicum pecus.' Tetigit Lucilius v. 170 L. Vix dubium quin ad Teucrum pertineant.

in ceruice ruicum *Varronis Flor.*, corr. *Aldus*

XLV

profectióne laeti píscium lascíuiam

Intuentur, néc tuendi sátietas capiér potest. 410

Interea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare,
 Ténebrae conduplicántur, noctisque ét nimum ob-
 caecát nigror,

Flámma inter nubés coruscat, caelum tonitru cón-
 tremit, 5

Grándo mixta imbrí largifico súbita praecipitáns cadit,
 Undique omnes uénti erumpunt, saeui existunt túrbines, 415
 Féruit aestu pélagus.

Cicero de div. I 14, 24 'gubernatores nonne falluntur? an Achiuorum exercitus et tot nauium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut profectioe l. p. l. intuerentur, ut ait Pacuuius, nec tuendi satietas capere posset? [3 sq.]' Idem de orat. III 39, 157 'sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia: inhorrescit mare [4—8] omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem uerbis dicta sunt.' Vtrumque locum coniungendum esse vidit Bothius. Iulius Victor p. 251 Or. (432 H.), 'ea tamen transferri oportet quae clariorem faciunt rem, ut est inhorrescit m. et feruet a. p.' Albini de arte rhet. dial. p. 545 H. eisdem uerbis 'horrescit m.' et 'feruet a. p.' laudat. Nonius p. 423, 6 'horridum . . . Accius Medea [VIII] . . . M. Tullius . . . cum subito mare coepit horrescere . . . Varro epistula ad Caesarem: interea prope ad occidentem solem horrescit mare.' Possunt Varronis uerba et Pacuuii fabulaeque nomen excidisse. Naufragium in Teucro enarratum est: cf. XIV et XV.

1 sic ab initio suppleri uelim 2 intuentur, om. ut, *Hermannus* intuemur scite *Vsenerus* satietas capier potest *ensor in Leutschii ind. philol.* 1872 p. 287 capere satietas potest *Hermannus* satias capere nos potest *Vsenerus* capere potis est satietas *Stieglitzius* 6 largifluo *Ernesti*

XLVI

murmúr maris

Servius Dan. in Aen. I 55 'sic dixit Pacuius murmur maris, quia uentos murmur sequitur.'

XLVII

hínc saeuítiam Sálaciae

Fúgimus.

Festus p. 326 M. '[Salacia — —] Pacuius am Salaciae uescimur — —' Pauli Festus p. 327 M. 'Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare mouere . . . Pacuius: hinc saeuítiam Salaciae fugimus.' Num quae praeterea Pacuiana in Festo lateant, incertum est.

1 Salaciae: cf. coroll. XVII

XLVIII

420 líqui in Aegaeó fretu

Varro de l. l. VII 22 M. 'Pacui liqui' e. q. s. 'dictum fretum ab similitudine feruentis aquae . . . Aegeum dictum ab insulis' e. q. s.

fretu *A. Spengelius* fretum *Flor.* freto *Laetus*

XLIX

. quí stirpem occidít meum

Charisius p. 85 P. 'stirps . . . dixerunt tamen etiam in significatione sobolis masculino genere, ut Pacuius . . .' item Beda de orthogr. VII 291 K. Telamonis in Teucro verba fuisse videntur.

L

Flexánima tamquam lýmphata aut Bacchí sacris

Commóta, in tumulis Teúcrum commemoráns suum

Cicero de div. I 36, 80 'fit . . . ut pellantur animi uehementius, saepe etiam cura et timore, qualis est illa flexanima' e. q. s. Varro de l. l. VII 87 M. 'apud Pacuium: flexanima tamquam [lymphata]: lymphata dicta a lymphá.' Non dubium quin de Hesiona haec in Teucro narrata fuerint.

1 aut *unus cod. Moseri, Auratus* ut φ bacchi *Ciceronis Palatinus unus teste Grutero* baccha (*posteriora a in ras. Leid. B*) φ

LI

Tópper tecum, síst potestas, fáxsit: sin mecúm uelit

Festus p. 352 M. 'topper fortasse ualet in Enni et Pacui scriptis — Pacuius: topper' e. q. s.

sist] sit *cod.* si *Bothius* sin] si *cod.*

LII

'Obstinati exórtus

425

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit, ut Pacuius: o. e.'

obstinati exortus *cod.*: nolim defendere cum *Buechelero*, qui *impetus vel militum vel ventorum intellegit*. obstinari exorsus *Bothius*, *praeunte* exorsus *Aldina*. An obstinate?

LIII

Servius in Aen. IV 473 'a Pacuio Orestes inducitur Pyladis admonitu propter uitandas Furias ingressus Apollinis templum, unde cum uellet exire, inuadebatur a Furiis.'

Hanc scaenam Hermionae fuisse suspicatus sum *conl.* Verg. Aen. III 330 sqq.

LIV

Non. 111, 22 'facul pro faciliter . . . Afranius Auctione: haut fácul, ut ait Pacúuius, femina <úna> inuenietúr bona.'

In *Antiopa* haec iactari poterant. In *quaest. scaen. p. 353* dixi, quod postea *Bergkiius* symb. in gramm. lat. p. 139 adnotauit, Graeci, non patrii poetae uerba uideri in *Curculione* *Plauti* laudari v. 591 'ántiquom poetam audiui scripsisse in tragoedia, Múlieres duás peiores ésse quam unam múlierem.' propius ad *Pacuii* sententiam accedit *Merc. 512*.

haut *H. Lachmannus* aut φ una *Lachmannus, om. ω Pacuius scripserat fortasse*: Haud fácale femina <úna> inuenietúr bona, *nisi forte creticos* haut fácul fémina una inuenitúr bona *praefers*

LV

Calcam

Charisius p. 50 P. 'quamvis antiqui, ut Pacuvius et Plautus, Calcham dicant, non Calchantem.' calchan cod. Calcham (immo Calcam) scribendum esse monuit Ritschilius Prol. Trin. p. LXXXVII.

LVI

torrus

Servius in Aen. XII 298 'nam illud Ennii et Pacuuii penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.'

LVII

iteris

Charisius p. 63 P. 'iter iteris debet facere, non itineris ... plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim sicut huius iteris Pacuvius dixit, et haec itera potuit dicere.' Idem p. 109 P. 'Pacuvius quoque iteris dixit.'

LVIII

insomnia

Servius in Aen. IV 9 'sciendum igitur: quia, si terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim' (h. e. vigilia) 'licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu remouit.'

LIX

putā. itā

Servius in Aen. II 651 'praepositiones uel aduerbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto puta et ita ('et ita' om. Hamb.), quae ('quia' vulgo) apud Ennium et Pacuuium breuia sunt.' puta et ita] ita et quia coni. Thilo conl. Prisc. II 65 H. Servio de fin. IV 454 K.

LX

hic Iouis

Pompeius GL V 187 K. 'hoc ipsum etiam quod diximus, hic Iuppiter et huius Iouis, apud antiquos libros inuenimus plenas declinationes, hic Iuppiter huius Iuppitris huic Iuppitri. Legimus in Capro hic Iouis, huius Iouis. Etiam Naeuius Accius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

LXI

ante templo

propter homine

praeter condemnatis

Pompeius GL V 278 K. 'non dubitat Pacuuius dicere ante templo; non dubitat dicere propter homine; non dubitat dicere, quod dixit etiam Sallustius, praeter condemnatis. iste enim dixit.' (Catil. 36) 'praeter rerum capitalium condemnatis. inuenimus ista omnia.' In illo 'homine' fugit grammaticum fortasse ommissa finalis consonans m. De Sallustiano exemplo recte iudicat Bergkiius symbol. I p. 44 adn.

LXII

applar

CGI. II 18 G. (coroll. XLIX) 'appia, εἶδος σκεύους, ὡς παροῦβιος.' Isidori gloss. 'applare, cochlear.' cf. Lydus de mens. 25. Ergo scribendum appllar vel aplar, ut vidit Jos. Klein mus. Rhen. XXIV 295.

LXIII

desertitudines

Statii commentarius ('vetustissimarum membranarum', si modo vere) laudatus a Casp. Barthio animadv. ad Statii Theb. IV 737 p. 1230: 'deserta] desertitudines. Ut Placubius.' Pacuuium citari vidit Barthius, indicavit hunc locum Rob. Unger 'Papinii Statii ecloga ultima' p. 242 adnot.

L. ACCIUS

Varias nominis Accius Activs Attivs formas curiose enotare supersedebo.

ACHILLES

I

Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica.

Non. 98, 6 'delica, explana, indica.' Idem 277, 28 'delica est aperi et explana ...'

aliae ex ω p. 98 ex alio B p. 277

II

Ne tūm cum feruat pētus iracúndiae

Non. 504, 27 'feruat pro ferueat . . . Accius Acille . . .'
(Achille Bamb.)

iracundia *ed.* 1526

III

. . . an scéptra iam flaccént? ferat.

Non. 110, 12 'flaccet languet, deficit . . .'

flacent ψ fera *Quicherat, non male*

MYRMIDONES

Incerta coniectura statui eandem fabulam fuisse ACHILLEM
et MYRMIDONES.

I

Tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,

5 Ego péruicaciam áio et ea me uti uolo:

Haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident.

Tu addís quod uitio est, démis quod laudí datur.

Nam péruicacem díci me esse et uíncere

Perfácite patior, pértinacem níl moror.

Non. 433, 1 'peruicacia et pertinacia hoc distant:
peruicacia est interdum bonarum rerum persenerantia, per-
tinacia semper malarum.' Cf. Frontonis epist. IV 2: vide ad
Enni fr. inc. fab. LXI.

2 áio *Aldina* ai ω et ea *Fruterius* et a ω et hac *Scaliger*
ea, *om.* et, *Lachmannus* Versus 3—6 *inverso ordine in*
libris feruntur hoc: 5 6 3 4, *quem correxit Bothius* 5 dici
Scaliger dicis ω me esse *fort. ex meed ortum: cf. ad*
v. 36 et 53

II

10 Clássis trahere in sálum <me> et uela uéntorum animae
11 immítttere

Non. 234, 8 'anima, uentus . . .' Contulit Hermannus
Homeri II. IX 358 sqq.

classis (classes *Jun.*) *Mercerus* lassis ω *septenarium*
discripsi, senarios classes t. in s. | et u. u. a. i. *Scaliger* et
transposito classes *initio v. alterius Grotius: cf. coroll. XLIX*

III

Mea fácta in acie oblíti

Non. 502, 1 'accusatiuus pro genetiuo.'

facta *Mercerus* fata ω

IV

Quódsi, ut decuit, stáres mecum aut méus <te> maesta-
rét dolor,

Iám diu inflammári Atridae náuis uidissént suas.

Non. 137, 33 'maestaret pro maerentem faceret.' (mesta-
ret Bamb., ubi versus ipsi desunt ut plerumque in hac parte.
mertaret Harl. W)

1 quodsi *Fruterius* quod sic ω : in sic *litteris* sei *latere*
potest stares *Gifanius* histares *compuncta* h *L* istares φ te
Mercerus, om. ω mertaret ω moeraret *ed. Mediol.* 2 Atri-
dae *Mercerus* atre *H* et re φ

V

Íram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam. 15

Non. 262, 15 'confidentia rursum temeritas, audacia . . .'
Cf. Homeri II. IX 496. 255 sq.

infrenes *Junius* infrenis (infermis *L*) ω

VI

Tua honéstitudo Dánaos decepít diu.

Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas. Accius Oeno-
mao . . . idem Myrmidonibus . . .'

decepit *Delrio* decipit ω

VII

Égo me non peccásse plane osténdam aut poenas
súfferam.

Non. 396, 31 'sufferre est sustinere . . .'

VIII

Régnum tibi permítte malunt? cernant: tradam exércitus.

Non. 261, 24 'cernere rursum cedere' (succedere *x*)
'unde et cernere hereditatem filii patribus, id est cedere' (id

est succedere patribus *x*), 'dicti sunt.' Conferunt Homeri II. IX 616.

malim *Junius* cernant *Mercerus* cernam *ω*, et legit ipse *Nonius*. cernas *x*. cf. *mus. Rhen. L* 279 exercitum *Aldina*

IX

Nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
20 Fidélitate, ob fídám naturám uiri

Ignóscce.

Non. 109, 31 'fidelitatem, id est fidem.'

1 quale *L* an qualei?

Quadrat ad hanc fabulam inc. inc. fab. XXVIII; de XXVII vaga est ariolatio.

AEGISTHVS

I

heu!

Cuiátis stirpem fúnditus fligí studet!

Non. 110, 32 'fligi, affligi. *Linus* Aegistho ... *Accius* Epinausimache ... idem Aegistho: heu' e. q. s.

2 cuiatis: cf. *trag. Rom.* 467

II

Cui mánus materno sórdet sparsa sáanguine.

Non. 170, 3 'sordet, sordidata est.'

cum *HL* sparsa *ed.* 1526 sparso *ω* *Malim* sparsa sordet

III

23 Celebrí gradu gressum ádcelerasse † decet.
24

Non. 89, 25 'celebre non solum frequens, sed etiam velox.' *Servius* Dan. in Aen. IV 641 'celerabat] alii celebrabat legunt, quia antiqui hoc uerbum in uelocitate ponebant. *Accius*: celebri' e. q. s.

adcelebrasse *Nonius* adcelerate *Serv. Fuld.* adcelerauisse *Scaliger* dedecet *Bue conl. Soph. El.* 871 sq. adde *Plauti Poen.* 513 sqq. docet *Nonius*, om. *Servius* addecet *Scaliger* con-

decet *Maehly* nunc vel iam d. *alii* *Anapaestos* celebríque gradu *Gressum* nunc ad. decet ne nunc quidem plane repudiaverim: cf. *trag. Rom.* 468

IV

. néque fera hominum péctora
Fragéscunt, donec uim ímperi persénserint. 25

Non. 111, 1 'fragescere, frangi.' Comparavi *Aeschyl* Agam. 1601 H. κατηθεις δ' ημερωτερος φανει (1619 sq. 1639 sq.)

2 imperi persenserint *Bothius* persenserim imperii *ω* persenserint imperii *Bentinus* persensint (vel persensere) imperi *Hermannus*

V

melius quám uiri

Cállent mulierés.

Non. 257, 30 'callet significat scit ...' Similia sunt in *Aeschyl* Agam. 1605 τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναῖκας ἢ σαφῶς.

CLVTEMESTRA

CLVTEMESTRA nominis formam revocavit *Ritscheli* opusc. II 497 sq.: cf. collecta a me ibidem 517 sq. et *Fleckeiseni* tit. L p. 13. Diphthongum *oe* *Accio* vindicavi in *annal. philoll.* LXXV 316 sqq. Actam a. 698 in ludis Pompei narrat *Cicero* ep. ad fam. VII 1. Cf. praeterea de off. I 31, 114.

I

. sed uáluae resonunt régiae. 30

Priscianus p. 863 P. 'haec tamen ipsa' (sc. in ui divisas praeteritum desinentia, ut sonui, sonitum) 'et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem ...'

ualde *Reg. Bamb. Bern. Sang. et i vel l erasa Grut. Carolir.*

II

. ómnes gaudent fácere recte, mále pigrent.

Non. 219, 14 'pigret ...'

non omnes prop. coroll. L, sed etiam contrarium omnes se dici potuit male *Bothius* mali *ω* audaciora alia

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. Ribbeck.

III

Deúm regnator nócte caeca caélum e conspectu ábstulit.

Servius Dan. in Aen. I 88 'eripiunt, i. e. ábstollunt.'

IV

Flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere

Non. 488, 12 'flucti pro fluctus. Accius Telefo ... idem Clytaemestra ...'

taetra *Mercerus* aetera *Ba* et aetra φ *excepto W* qui totum versus *dimidium* omittit

V

³⁴
³⁵ Péctore incohátum fulmen flámmam ostentabát Iouis.

Servius Dan. in Aen. I 44 'illum expirantem transfixo pectore flammam Turbine corripuit] Probus et tempore legit ... sed qui legunt pectore, de Accio translatum affirmant, qui ait in Clytemestra de Aiace ...' Antecedebat fort. inc. inc. fab. XXI: cf. trag. Rom. 463.

in pectore *Servius*, quod *olim* in exitu versus *posui* fulmen inchoatum *Servius*: cf. coroll. L

VI

Cúr me miseram inrídēt, magnis cómpotem et multís malis?

Non. 521, 27 'compotem bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala in re positum sit.'

meae ψ : *an mee Acciana scriptura?* cf. v. 8 et 53 magnis *Lipsius* magis ω

VII

Scíbam hanc mihi suprémam lucem et séruiti finém dari.

Non. 226, 8 '[seruitus] neutri.'

seruiti *Bothius* seruitutis (seruitas L) ω seruitii *Vossius*

VIII

. . . ut quae tum absentem rébus dubiis cóniugem Tétinerit, nunc pródat ultorem?

Non. 178, 12 'tetinerit pro tenuerit ...'

2 uictorem *ms. Fabri, fortasse recte* ultorem L ut quae tum absentem in rebus d. coniugi | tetinerit, ei nunc p. victori fidem? *Onions, alii alia*

IX

. séras potiuntúr plagas. 40

Donatus in Terent. Adelph. V 4, 17 'potitur accusatio casu ...'

seras *ed. Veneta* siras *cod. Reg. feras ed. pr. saeuas conieci* serenas *vel astriferas vel superas malit Bue*

X

Mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas.

Non. 125, 2 'incilare est increpare uel improbare. Accius Meleagro ... idem Clytemestra ...'

matrem ob *Grotius* matre meo ω matrem me ob *Bergkii*

His reliquiis adiungi possunt inc. fab. fr. I, II inc. inc. fab. LXVII.

AGAMEMNONIDAE

I

. ínimicitias Pélopidum
Extínctas iam atque oblíteratas mémoria
Renouáre

Non. 146, 29 'oblitterare est obscurefacere et in obliuionem ducere.'

1 Pelopidum *Vossius* Pelopidarum ω 2 extinctas *H, Bentinus* extincta φ iam atque *H, Junius* tam φ , nisi quod causa *Vrbm.*, unde pausa *conieci* (cf. coroll. com. CXXIV) fama *Bue*

II

Multi, ánimus quorum atróci uinctus málitia est, sic 45
Compósita dicta e péctore euoluúnt suo,
Quae cúm componas, dícta factis díscrepant.

Non. 260, 21 'componere, simulare uel fingere.'

1 sic *delebat Vossius*

ERIGONA

I

Locrórurum late uíridia et frugum úbera

Non. 498, 5 'genetius positus pro ablatiuo uel aduerbio loci ...'

Locrorum *Ald.* locronum ω locorum *Bothius* lucorum *Bue*

II

50 Adséntio: age nunc tú tuam progéniem profer órđine.

Non. 469, 18 'adsensit' (adsentit *Bamb.*) 'est et passiuum. Accius Neoptolemo ... idem Erigona ...'

profer *scripsi*: cf. *Ter. Phorm.* 395 et ω *Olim Merceri senarium* adsentio: age nunc tuam p. ede ordine *probabam*

III

Hóspitem depósitam interemes?

Non. 279, 11 'deponere est commendare.'

hospítam *B* interemes *BGHL* interimes φ deposita *H e corr., W*

IV

Quód utinam me suís arqúitenes télis mactassét dea!

Non. 341, 25 'mactare est immolare ...'

arqúitenes ω , *antiqua scriptura*

V

Tum autem Aegisthus sí med eodem lécto comitassét patri!

Non. 85, 14 'comitasset pro cobuisset.' (cobitasset *Salmasius* cubuisset *Bamb.* concubuisset *Vatic.* 2916 cohibuisset *Onions*)

med *Palmerius* me esse ω , quod meed *interpretari possis*: cf. v. 8 et 36 me ex *Bue* me *Grotius* leto *Grotius*, *Palmerius* cum autem *A.* — heu me! — eodem lecto cubitasset p. *x*

VI

Séd ubi ad finem uéntum est quo illum fórs expectabát loco,

'Atque Orestem gráuis sacerdos féro prompto ad- 55 stítuerat

Non. 315, 10 'grave, triste.'

1 fanum *Lipsius* quo *Gruetius* in quo ω 2 adque (*h. e.* atque) *L* ad quem *W* atquem *H* Orestem *Ritschelius* Orestes ω , tuetur *Bue* mactaturum *Erigonam* intellegens Orestem *Grotius* Oreste vel Orestae *x* ferro cum prompto *Grotius* adstituere φ adstituere sistit *H* adsistit *BG* adstitit *Grotius*

VII

<Nam> quámquam exanguést córpus mi atque annís putret

Non. 159, 19 'putret ...'

nam *Ritschelius*, *om.* ω est exsangué *Bothius* mi *Bothius* mihi ω

ALCESTIS

Cum stríderat retrácta rursus ínferis

Priscianus p. 867 P. 'strideo quoque stridi facit ... i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet ...' Idem p. 893 P. 'strido et strideo tam tertiae quam secundae coniugationis inuenitur ... sed puto euphoniae causa non esse in usu strisi, sed stridi ...'

tum *Grut.* p. 893 strideret ω p. 867 striderit *ed. Veneta* rursum *Sang. ibidem*: cf. *Ritschelius opusc. II* 260 sq. rursus ab *Vossii ms.* rursus ab *Bothius*

ALCIMEO

De nominis *ALCIMEO* forma quae disputavi vide in *Ritscheli* opusc. II 613 sq.

I

suós deseruit líberos. —

Supérstites sunt.

Non. 393, 24 'superstites ueteres ponebant incolumes ... Accius Alcemeone ...'

1 sq. *deverbium distincti trag. Rom.* 502, *olim* quos d. l., | sup.

sunt *edidi sive adfirmantis sive interrogantis* duos *Hartungus*
sunt cum *Bothio om. qui senarium integrum ponunt*

II

60 Vt me depositum ét maerentem núntio repéntino
alacrem

Réddidisti adque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

Non. 132, 9 'laetitudine pro laetitia. Accius Alcmeneone...'
(alcimeone Vrbin. 307)

1 depositum *Palmerius* repositum ω depositam *conici posse olim monui* et maerentem *Junius* immerentem ω . An ut maerentem? nuntio repentino *Bothius* repentino nuntio ω repentino alacrem n. *exitum commendavit Bue* 2 atque excitasti *Mercerus* adive hesitastis ω ac me excitasti *Junius*

III

Quod di ín sedem infernám penitus

Depréssum altis clausére specis

Non. 487, 25 'specis pro specubus. Accius Alcmeneone...'

1 di in sedem infernam x di interdum inferam ω di in terram infernum *Bue* 2 interpressum *W*

IV

qui ducat cúm te socerum uíderit,

65 Géneribus tantam ésse inpietatem?

Non. 487, 29 'generibus pro generis. Accius Alcmeone...'
(Alomeone *W* Alchimacone *Bamb.*)

1 socerum uiderit *Vossius* uiderit socerum ω *fuit qui septenarios iambicos* qui d. cum te uiderit socerum *e. q. s. commendaret: cf. coroll. L sq.*

V

Tenta út frustrando láctans uanans prótrahas.

Non. 16, 22 'lactare est inducere uel mulgere uellere decipere... Accius Alcmacone...'. Idem 184, 1 'uanans dictum pro fallens. Accius Alcmena...'

tenta *Bergkii* tanta ω tantum *Vossius* fata *Bue* ut *om. \omega p. 184* protrahit ω *p. 184* protrahis *Schoppius*

VI

Quia néc uos nec ille inpuéne inriderét meam
Grandaéuitatem

Non. 116, 11 'grandaueitas. Accius Alcimachone...'

1 nos *W*

VII

Atque éccos segnis sómno et tarditúdine.

Non. 181, 18 'tarditudine et tarditie pro tarditate... Accius Alcmene...'
(Accius Alcmene *om. Leid.* Accius Alcmaceone *Junius*)

signas *L* signis *HW*

VIII

Postrémo amplexa frúctum, quem di dánt, cape! 70

Non. 470, 11 'amplexa pro amplexare. Accius Alcimeone...'
(solomeone *Bamb.*)

Non dubitandum quin amplexa participium sit

ALPHESIBOEA

I

Ita térrita membra animo aégroto

Cunctánt subferre labórem.

Non. 469, 23 'cunctant pro cunctantur.' (Alpesiboea *Bamb.*)

II

etsi est ín malis

Depósitus animus, quae scibo exinde aúdiés.

Non. 279, 25 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur... Accius in Tereo... idem in Alfesiboea...'

2 animus, quae scibo exinde *Bothius dubitanter.* animus meus quae scibo exinde ω , quae in octon. troch. seruari posse *monet Bue* animus meus q. s. ex me *Vossius* audies *Vossius* audiet ω *Temptari varia, e. e.* etsi meus est ín malis, quod *verum videtur. Ceterum cf. coroll. com. p. CIX*

III

75 Quid tam óbscuridicum est támue inenodábile?

Non. 15, 10 'enoda significat explana ... Accius Eurysace ... idem Alfesiboea ...'

quid itam *W* qui ita *L* obscuridicum *Mercerus* obscuri dicunt ω quid ita? tamne obscure dictum est *Bothius*

IV

Si tuí ueretur té progenitorís, cedo.

Non. 497, 2 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiium pro accusatioo poni placet ...'

V

... sed tibi caútím est adeundum ád uirum.

Non. 512, 10 'cautum pro caute.'

sed ubi cautim est ad eundem *Ba*

VI

At uéreor, cum te esse 'Alcimeonis frátrem factis dédicat

Non. 280, 4 'dedicare — —'

at *Junius* ad ω Alcimeonis *restitui* Almeonis ω dedicas *Bothius*

VII

Cum ipsá simitu míseritudo meórum nulla est líberum.

Non. 136, 19 'miseritudine pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte ... idem Alphasiboea ...' (Alpesiboea Leid.)

simitu *Bothius* simeta ω cum ipsa sim ita *Bue* meorum *Vossius* eorum ω nulla *Heinsius* nulla *H* ulla φ

VIII

80 O dírumque hostificúmque diem, o

80^a Vim tóruam aspecti atque hórribilem!

Non. 485, 25 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte ... idem Alfesiboea ...'

1 o dirumque *anapaestorum*, quos *Geppertus* agnoverat,

initium olim proposui praeter dactylos. o dirum, suprascr. o, L odiorum φ 2 ouium turbam BaHL

IX

Sed ángustate inclúsam ac saxis, squálidam

Non. 73, 25 'angustitatem dictum pro angustia.'

sed ω , pro accusativo pronominis haberi potest; ut se con. *Bue*. sei *Lachmannus*. An sic? angustate (ut uenustas uetustas) scripsi angustatem *H*¹ (cf. v. 504) angustitatem φ angustitate *Vossius* septenarium sed angustitate i. saxi senti, sq. olim prop. trag. Rom. 505 (cf. v. 111)

AMPHITRVO

I

Cum pátre paruos patrium hóstífice
Sanguíne sanguen miscére suo

Non. 224, 10 'sanguis masculino genere in consuetudine habetur ... neutro ...'

1 patrium *Bothius* patrum ω parat *Vossius* 2 miscere *Passeratius* hiscere ω suum *Vossius*

II

Vt tam óbstatod ánimo confisús tuo

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit — ut Accius in Amphitryone: ut tam' e. q. s.

aut *Aldina* obstinatod scripsi obstinato cod. Olim ego addidi

III

An málad aetate máuis male mulcári exemplis ómnibus? 85

Non. 1, 12 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ...'

mala ω malan (del. an) x an mala | aetate *CFW Mueller*. *Creticos* án mala aetate mauis male mulcárier | éx. o. prop. v. d. ind. philol. 1872 p. 289

IV

Sed quâenam haec est muliér funesta uéste, tonsu lú-
gubri?

Non. 179, 18 'tonsus pro tonsura ...'

est mulier funestat (funesta *edd.*) ω mulier est funesta
Vossius mulier funestat *x*

V

si satis recte aut uéra ratione aúgurem

Non. 469, 3 'auguro. Accius Oenomao ... idem Amfi-
tryone ...'

expleri versus his sic si vel aliis modis potest si satis r.
aut <satis> uera *prop. Leo* augurem *H, ed. pr.* augurer φ
augurent *ed. 1476*

VI

Tamen ét staturae grâcilitudo própemodum et luctús facit,
Ne dúbitem.

Non. 116, 2 'gracilitudo ... Accius Amfitryone: tamen'
e. q. s.

1 staturae *Gebhardus* statuae et ω status et *Lachmannus*
ad Lucil. 827: *cf. inc. fab. XLII* própemodum *Grotius* et
propemodum ω

VII

90 Quín meum senium cúm dolore tuó coniungam et
cómparem

Non. 255, 29 'comparare est sociare, coniungere.'

compararem *GH*

VIII

Pértolerarem uítam cladesque éxanclarem inpétibilis.

Non. 292, 12 'exanclare etiam significat perpeti ...
Accius Diomede ... idem Amfitryone ...'

imperitibilis *H*

IX

Cédo, ecquid ei redhóstit? † uiam cometem obbitet fácius

Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — —

Accius in *Amphitryone*: cedo' e. q. s. Non. 165, 20 'red-
ostit, reddit.'

cedo *om. Nonius* ecquid *Festus cf. coroll.* LI quid *Nonius*
ei vel huic conieci, mihi olim. te *Festus* hic *Nonius* An
redhostis? uiam cometem *Nonii* ω itum cum eas sem *Festi*
cod. tum *Comaeto olim conieci: cf. coroll.* LII (*praeterea* tum
iam vel eum vel eam latere in *corruptelis suspicabar*) uim, quo
mortem *Onions.* An uitam, quo hostem? obbitet *scripsi, sc.*
facinus quod flagitas. obbiet *W* obtet *L* obiet *Nonii* φ obiectet
Festi cod. cedo q. hic redhostit? — iam *Cometem obiectet*
f. *Bue κομήτην intellegens Pterelam*

X

Si fórté paulo quám tu ueniam sétius

Festus p. 343 M. 'setius' (serius *Vrsinus*) 'a sero uide-
tur dictum.' *Paulus* p. 342 M. 'setius Accius a sero compa-
rauit, ait enim: ne, si forte' e. q. s. (Potest ne ex [*Amphi-*
tryo]ne titulo reliquum esse.)

ne si *Pauli Festus: v. supra* serius *Vrsinus cf. Charisius*
p. 194 sq. *P. v. setius et secus; Solmsen lat. Lautgesch.* 197

XI

Miserét lacrimarum lúctuum orbitúdinis.

Non. 146, 15 'orbitudinis pro orbitate.'

XII

Non páruolam rem ordíbor. — Ne retice, óbsecro! 95

Non. 39, 21 'ordire (ordiri *Bamb. Harl. m. 1*) est ponere
(promere *x*), incipere.'

Personas distinxit Delrio paruolam *Bothius* paruam ω
An ordibo?

XIII

Hócinest, quod tám temeriter tú meam beniuoléntiam

'Interisse es rátus?

Non. 516, 3 'temeriter.'
hoccine est *Delrio* hoc in re est ω quod *W* quo φ quor *x*
tu tam (ta *Ba*) temeriter ω, quae *transposui*

PERSIDAE

Satin út quem cuique tribuit fortuna órđinem,

Numquam úlla humilitas íngenium infirmát bonum?

Priscianus de metris com. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea ... Accius in Argonautis ... idem in Persidis ...'

1 quemcunque *Bothius*

ANDROMEDA

I

100 Quot luna circulos annuo in cursu institit

Non. 20, 25 'circus dicitur omnis ambitus uel goerus, cuius diminutium est circulus.'

quot *Lipsius* quod ω circulos *Osannus* circulos ω circos *Mercerus* cursu *Vatic.* curso φ

II

Cum nixerint caelestium molém mihi

Priscianus p. 882 P. 'ninguo quoque ninxi, unde et nix ...'

nixerit *Bern.*, fort. recte (*Iuppiter scil.*) cum nixerit caelestium molimine *Grotius*

III

Nisi quid tua facultas nobis tulat opem, pereám ..

Macrobius in CGL. V p. 607 K. 'fero tuli et tollo tuli ... Accius uero in Andromeda etiam ex eo, quod est tulo, quasi a themate tuli, declinat: nisi' e. q. s.

quid *Bothius* quod ω quidem *Bergkii*. An qui? opem, peream *scripsi* duce *Kieslingio*, qui peribimus vel nos perimus *clausula versum finire volebat* (in comoedia probe *adderem.*) opem *Bothius* operam ω

IV

103 Nec queí te adiutem inuenio: hortari púdet, non pro-
104 desse íd piget.

Non. 424, 2 'pudet et piget hoc distant: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ... Accius Neoptolemo ... idem Andromeda ...'

Septenariorum trochaicorum frustula dispescuit Bue, ego

olim senariorum ne quiete ω nec qui te *Junius* neque qui te *Bue* inueni *H* hortari piget *Scriverius* id piget *Aldina* id pudet ω

V

Múliebre ingeniúm, prolubium, occásio 105

Non. 64, 8 'proluuium ...' 106

prolubium *Lipsius* proluuium ω

VI

namque ut dicam té metu

Aut ségnitate adiútere dubitare, haút meum est.

Non. 174, 22 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneadis ... idem Andromeda ...'

1 namque ut te metu Aut segnitatem dicam *Vossius*
2 adiungere dubitare *scripsi* aut dubitare *W* addubitare φ
adire vel tardum dubitare *Bue* adductum d. *Omions* aut meum *HL* haud meum φ

VII

Múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
Quibus natura práua magis quam fórs aut fortuna óbfuit. 110

Non. 425, 11 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Accius Astyanacte ... idem Andromeda ...'

1 iniquo *Junius* in quo ω auxere *Gulielmii* ausere (hausere *H*) ω

VIII

Mísera obualla sáxo sento, paédore alguque ét fame

Non. 72, 7 'algu pro algore.'

misere *Bothius* obuallata *Delrio* obuallas *Bothius*
senio ω , prob. *Bue* pudore *W*

IX

Quí neque terraest dátus, nec cineris caúsa umquam
euasít uapos.

Non. 487, 10 'uapor et uapos ...'

terraest *Ba* terrae est φ

X

Immáne te habet téplum obuallatum óssibus.

Non. 323, 10 'inmane, foedum. Accius Automedia...?'
(Andromeda Aldina)

Posse etiam septenarium trochaicum ab initio mancum esse, qualem olim notavi, neque hic neque alibi monere volui. immane te habet *Aldina* immanitate habet ω immani tabe *Mercerus*

XI

Alui éducaui: id fácite gratum ut sít seni.

Non. 422, 15 'alere et educare hoc distant: alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere ...'

XII

115 Quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse intélleges.

Non. 395, 25 'segetem etiam ipsam terram dicimus ... Accius Oenomaos ... idem Andromeda ...'

haut *Mercerus* aut ω obsesse *Gulielmius* obesse ω intelleges *Gulielmius* intellegis ω

XIII

Donéc tu auxiliium, Pérseu, tetulistí mihi.

Non. 178, 16 'tetulit, tulit.'

XIV

Nosque út seorsum díuidos leto ófferes

Non. 95, 24 'diuidos, id est separatos'

ut seorsum *scripsi* (nisi mancus prima dipodia septen. sit) ut seorsum ω uni seorsum *Bue* diuiduos *Scaliger*: cf. *Lachmannus* in *Lucr.* p. 306 offeras *Scriverius*

XV

Nam pósquam paruos uós oppressit fámulitas

Non. 109, 26 'famulitas est seruitus.'

posquam *Vrbín.* postquam ϕ famulitas *L.* cf. *Pac.* 53

Perseus poterat inc. inc. fab. CIII dicere.

ANTENORIDAE

I

ad populum intéllego

Referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae 120
Fuére.

Non. 512, 29 'aequiter pro aeque ...'

2 quoniam horum] quorum *Ba*

II

Fortásse an sit quod uós hic non mertét metus.

Non. 138, 30 'mertaret, mergeret.' (fort. 'mertare, mergere', atque sic Harl.) cf. Pauli Festus p. 81 v. exfutí, p. 124 v. mertat; Quintilianus I 4, 14.

fortassis an *facile scribi licuisse Bergkius* monuit. sit quod uos *Bue* sit quod *EFH²L* sit quos ϕ sint quos *ed. Mediol.*

III

Séd quis hic est, qui máutinum cúrsum huc celerantér rapit?

Non. 513, 23 'celeranter pro celeriter.'

hunc *Ba*

IV

Namque húc em uenio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

Non. 127, 1 'integrare, redintegrare ...'

em uenio *scripsi* inuenio ω aduenio *Bothius* id uenio *Vossius* uenio *Junius* huic uenio *Vsenerus* Troiae *Junius* Trogae ω

V

qui aut illorum cópias 125

Fúndam in campo, aut náuis uram, aut cástra mactabo
ín mare.

Non. 341, 15 'mactare, praecipitare.'

1 qui aut ψ quieuit *B* (num latet quei? cf. 103) quin aut *Bergkius* (quin *Bothius*) fundam in campo copias *Bergkius* copios *BGH* 2 iactabo *Madvicus*

DEIPHOBVS

I

⟨Deaē⟩ Mineruae dónum armipotentí ábeuntes Danaí
dicant.

Servius Dan. in Aen. II 17 'Accius in Deiphobo in-
scriptum dicit' (sc. equum): 'Mineruae' e. q. s. cf. Hygini
fab. 108 'in equo scripserunt: Danaí Mineruae dono dant.'

armipotentés ω abeuntes Danaí *Bergkiius* Danaí abeun-
tes ω Minéruae armipotentí hóc abeuntes dónum Danaí dédi-
cant *Vsenerus*

II

Eo ánte noctem exténta retia út prouehere[m] et stá-
tuerem,

Fórte aliquanto sólito lembo súm progressus lóngius.

Non. 534, 2 'lembus, naucula brevis piscatoria.'

1 eo *om. Ba* noctem *Scriverius* nocte ψ necte *Ba*
extenta *Bothius* externa ω extrema *Junius* extremam *Fru-*
terius hesterna *Scriverius* prouehere[m] *ed. 1471* praeueherem ω
2 aliquando *Ba* solito *Gerlachius* solitus ω quam solitus
Junius lymbo *Ba*

III

130 Nós continuo férrum eripimus, má[n]ibus manicas néxi-
mus.

Priscianus p. 861 P. 'nexo quoque nexus uel nexis, ut
Probo placet, nexui. Vergilius tamen ... secundum primam
protulit coniugationem. Liuius uero in Odissia: nexebant ...
Accius in Deiphobo ...' Idem p. 904 P. 'nexo nexis uel
nexas nexui ...' Eutyches in CGL. V p. 485 K. 'nexo ... tam
nexas ... quam nexis, ut Accius in Deiphobo ...'

arripimus *Eutycheis Tegerns.* manibus quod conieceram
confirmatur *Eutycheis Par. et Tegerns.*, ubi omnibus manibus
legitur. omnibus φ *Eutycheis et Prisciani* ω

IV

. ab infando hómine, gnato Láerta, Ithacensi éxsule,
Quí neque amico amícus umquam gránis neque hosti
hostís fuit.

Non. 314, 20 'graue multum, ualde significare ueteres
probant ...'

1 ab *scripsi* ad *BGHL* at *H²L²* aut *W* *fort.* aut ab
de formis infandod *vel* homone *olim cogitabam coroll.* XXXVI
gnato *Laerta Rothius* gnatu *laerat W* gnato *laerata φ*
(*Laertae Mercerus Laerta Vossius coniecerant*) *Ithacensi Mer-*
cerus *ithacense se Basil.* ait hac enase *GW* *ithacense φ*
2 quinque *W*

V

Vel hic quí me aperte effrénata inpuéntia
Praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

Non. 139, 1 'mertaret, mergeret. Accius Antenoridis ...
idem Deifobo ...'

1 aperte *Rothius* a parte ω

Idem fere argumentum in Eqvo Troiano incerti poetae
tractatum fuit.

ANTIGONA

I

Quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror. 135

Non. 165, 2 'resupinas, honeste, id est ab incepto re-
uocas uel peruertis significat.'

soror *Junius* sorori ω

II

. . . . quánto magis te istí modi esse intéllego,
Tánto, Antígona, mágis me par est tibi consulere et
párcere.

Macrobius Sat. VI 2, 17 'Vergilius [Aen. XII 19—21]
Accius in Antígona ...'

1 isti modi *Ritschelius opusc.* II 692 istius modi ω

III

Attát, nisi me fallít in obitu
Sonitús

Non. 357, 22 'obitus rursus aduentus.'

1 *An delendum* in? *fauillit L.* in quo *si fefellit latet,*
Scaen. poes. Rom. fragm. ed. Ribbeck. 12

senarium efficias attat . . . sonus, nam sonus senarii exitum iam Bue proposuit: cf. P. Richter in Studemundi stud. I 413 trochaeos attat nisi me in obitu fallit sonitus fecit x obitu Palmerius obitum ω

IV

- 140 Heús, uigiles, properáte, expergite
Péctora tarda sopóre, exsurgite!
Non. 104, 16 'expergo pro expergefacio.'
1 sq. *Dactylos agnovit Hermannus*

V

iam iam neque dí regunt
Néque profecto deúm supremus réx <iam> curat hómi-
nibus.

Macrobius Sat. VI 1, 59 'Vergilius [Aen. IV 371sq.] Accius in Antígona . . .' Cf. Sophoclis Antig. 921 sqq.

2 supremus rex *Borbon.* summus rex φ rex summus *Bothius* iam add. *H. Keilius* res *Bue* curat hominibus *Bue* omnibus curat ω curat omnibus *Keilius* *Varia ipse lusi, velut* neque dí regunt <nos> néque profecto deúm rex summus ómnibus Curat *vel in altero versu* néque p. d. rex summus rebus curat omnibus

VI

. . . ne istunc número amittas súbitum oblatum . . .

Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomao . . . idem Antígona . . .'

istunc *Rothius* istu *BG* istum φ numero *edd.* enumerum ω subito *Vossius, fortasse recte* nuntium *excidisse potest*

ARMORVM IVDICIVM

I

- 145 Sed íta Achilli armis ínclutis uescí studet,
Vt cúncta opima léuia <iam> prae illís putet.
Non. 416, 5 'uesci etiam significat uti . . .'

1 ita *Grotius* it ω armis ínclutis *Fruterius* ínclutis armis ω ínclutis armis *Junius* 2 ut cuncta opima *Mercerus* ut ea cuncta optima Achilli íncluto ω iam *Hermannus, om. ω* illius x *Creticos agnoscere sibi visus est Bergkiius*

opusc. I 342: séd ita A. ínclutis ármis u. s. | ália cuncta optima ut l. prae i. p., item Bue, nisi quod v. 2 út ea cuncta o. ac l. p. i. p. retinet, ea íntellegens certamina s. odia. Míhi opima necessarium videtur

II

- Quid est, cúr componere aúsis mihi te aut mé tibi?
Non. 257, 15 'componere rursus significat comparare.'
cur *om. G* te ac me *Hermannus*

III

. . . . nám tropaeum férre me a fortí uiro
Púlcrum est: si autem uíncar, uinci a táli nullum
<mi> ést probrum.

Macrobius Sat. VI 1, 56 'Vergilius [Aen. X 449 sq.] Accius in Armorum iudicio . . .'

2 mi *Hermannus, om. ω* uinci nullumst a tali probrum *Bergkiius, fort. recte*

IV

In quó salutis spés supremas síbi habet summa exérciti. 150

Non. 485, 13 'exerciti uel exercituis pro exercitus.'

salutes *Palat.* spes supremas *Scriverius* spesque summas *BaHL* spesque supremas φ speres summas *conieci* spesque (*i. e. speique*) summam *Bue*

V

Intér quos saepe et múlto inbutus ságuine

Non. 521, 5 'inbuere consuetudo inducere' ('induere' *Bamb.*) 'existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere.'

inbutus *Bothius* inbutos ω

VI

Huius mé diuidia cógit plus quam est pár loqui.

Non. 96, 21 'diuidia est taedium.'

VII

Maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiét.

Non. 276, 32 'damnare . . .' Contulit *Hermannus* ex Sophoclis *Aiace* v. 462 *καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανείς Τελαμῶνι;*

VIII

154 Vbi cura est, ibi anxítudo acérbast, ibi cunctátio,
Cónsiliórum errátio et fortúnaest

Non. 72, 28 'anxítudo. Accius Eurysace ... idem Armorum iudicio: ubi' e. q. s.

1 Restituit poetae verba Bue, nisi quod hic ibi cura scribit acerbat ibi cuncta consiliorum ratio et fortunae sic (vel sit) ω, nisi quod fortitudine H sollicitatio in extremo v. 2 prop. trag. Rom. 372

IX

155 Béne facis: sed núnc quid subíti míhi febris ciuít mali?

Non. 173, 29 'subíti dictum pro repentini.'

qui HL febris exciuit ω, metro non repugnare dicit Leo Pl. F. 245 febrem exciuit Bothius fibris aestuat Grotius mali] mihi L bene facis: sed num quid subíti mihi febrem exciuit mali? Hermannus

X

Virtúti sis par, díspar fortunís patris.

Macrobius Sat. VI 1, 58 'Vergilius [Aen. XII 435 sq.] Accius in Armorum iudicio ...' Translata ex Sophoclis Aiace (v. 550) ὁ παῖ, γένοιτο πατρός εὐνοχέστερος, Τὰ δ' ἔλλ' ὁμοίως καὶ γένοι' ἂν οὐ καὶός.

uirtute Fruterius

XI

Hem, uéreor plus quam fás est captíam híscere.

Non. 120, 29 'hiscere est proprie loqui.'

captíam Grotius captíum ω

XII

Sed péruico Ajax ánimo atque aduorsábili

Non. 487, 15 'peruico, peruicaci.'

aduorsabili] cf. Ammian. Marc. XIV 3, 1 aduorabili Ba, sed ad recentiore manu ascripto. auorabili L uorabili φ auorabili G. Wolff haud orabili Onions

XIII

Nám non facile síne deum opera humána propria súnť
bona.

Non. 362, 2 'proprium rursus significat perpetuum ...'
non om. BGH propria humana Delrio

XIV

Cur uétera tam ex alto ádpetissis díscidia, Agamemno? .. 160

Non. 237, 21 'altum, uetus, antiquum ...'

discidi, Agamemno, <initia> x optime versum concludere poterat

XV

nóxítudo ...

Oblítteretur Pélopidarum, ac pér nos sanctescát genus.

Non. 143, 21 'noxítudo pro noxia.'

1 oculo noxítudo ω occulta n. Hermannus o caelicolae, noxítudo Bue noxítudo <mutua> coní. Videtur oculo ex glossa occule, occulta p. 148, 20 huc irrepsisse, secuta illa, ni fallor, olim titulum oblitterare p. 146, 31, cui ipsi noster locus fuerit adpositus. 2 Pelopidum fuerunt qui exitum v. facerent uos Hermannus

XVI

<Támmodo He>ctor lúx Dardaniae <núnc idem> in 163^a
tenebrís <situs>

Festus v. tammodo p. 359 M. ex apographo Politiani.

Supplevit Huelsenus Berl. philol. Wochenschr. 1893 p. 1098 sq.

Inseruerunt huic fabulae probabili coniectura inc. inc. fab. XXX—XXXII.

ASTYANAX

I

Qui nóstra per uim pátria populauít bona.

Non. 471, 21 'populat ... Accius Astyanacte: qui' e. q. s.
nostram W

II

165 Nunc ín consilio id réges Argium aúcupant,
Id quaérunt

Non. 467, 17 'aucupai, actuum positum pro passivo
... Accius Astyanacte: nunc' e. q. s. (Asteanacte Leid. Bamb.)

1 concilio *Delrio*

III

Vtinam únicam mi antístitam Arquitenéns suam
Tutétur!

Non. 487, 18 'antistitam.'

1 mi *Bothius* mihi ω 2 tutetem *Ba*

IV

Nil crédo auguribus, qui aúris uerbis díuitant

170 Aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

Non. 95, 8 'diuitant pro diuites faciunt.' Gellius XIV,
1, 34 'multa etiam memini poetarum ueterum testimonia,
quibus huiusmodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus
est Pacuianum illud ... item Accianum illud: nihil inquit,
credo' e. q. s.

1 nil *Bothius* nihil ω aures *Gellius* uerris *L Nonii*
deuitant *HL Nonii* 2 domus *Gellii* ψ

V

171 Nunc, Cálcas, finem réligionum fác: desiste exércitum

172 Morári meque ab dómuitione arcére tuo obsceno ómine.

Non. 357, 6 'obscenum, uitabile ... Accius Astyanacte:
hunc' e. q. s.

1 sq. restituit maximam partem *Aem. Baehrens ann. phil.*
1872 p. 623 hunc aicaispinem regionum fac ac desisset
exercitum ω , nisi quod aciaspinem *B* aicaispanem *H* In his
nunc agnoverat *Grotius*, Calchas *Mercerus*, religionum *Vossius*
2 nec me ω domuitionem ω tuo conieci tu ω tam
Bothius omine *Mercerus* homine ω

VI

Ferúm feroci cóntundendum impériost, saeuum saéuiter.

Non. 511, 3 'saeuiter pro saeue ...'

ferum] genus *intellego*. serum *Ba* imperiost *Vossius* in-
perisit (imp.) ω imperio *Mercerus*

VII

Te própter tot tantásque habemus uástitatis fúnerum. 175

Non. 417, 12 'uastitas significat uastationem.'

te propter *Bothius* propter, om. te, ω propter te *Delrio*

VIII

Quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sán-
guinis.

Non. 172, 5 'satias pro satietas.'

crudelitatem *EF*³ ulla unquam *Vrbm.* satias *edd.*
satietas ω

IX

in celsis móntibus

Pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Froegiae
términis.

Non. 159, 8 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres
dixerunt ...'

Phrygiae *Junius* Froegiaet ω cf. cor. com. CX

X

itera, in

Quibus pártibus (namque audíre uolo,
Si est quem éxopto) et quo cáptus modo,
Fortúnane an forté repertus

180

Non. 425, 8 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus
temporalis, fortuna dea est ipsa.'

1 sqq. *Anapaestos agnovit Grotius, rectius disposuit Her-*
mannus 3 quam *W* modost coní. *Ed. Becker* 4 *An for-*
tuna? repertus *Mercerus* repertur ω *An* repertust?

XI

Híc per matutínium lumen tárdo procedéns gradu
Dérepte aspíció ex nemore páuidum et properantem
égredi.

Non. 518, 11 'derepte...'

1 procedens *Vsenerus* properantem ω prorepens *Bothius*

XII

185 Tróia est testis: quaére ex aliis, qui illius miseritúđine
Nómen clarum in húmili saxo múltis memorant uóciibus.

Non. 136, 16 'miseritudine pro miseria uel misericordia.'

1 miseritudine *ed. a.* 1476 miseritudinem ω 2 umili *L*
tumuli *Duentzerus*

XIII

Abdúcite intro: nám mihi miseritúđine
Commóuit animum excélsa aspecti dígnitas.

Non. 485, 21 'aspecti pro aspectus.'

ATHAMAS

I

Prius quam ínfans facinus óculi uescuntúr tui

Non. 56, 12 'infans a non fando dictus est... et est
quod aut dici non debeat aut dari non possit...' Idem
416, 12 'uesci iterum uidere.'

infantis *W p.* 56 infortis *HL ibidem*

II

190 Véritus sum arbitrós, atque utinam mémet possim
oblíscier!

Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetiuo... Accius Eu-
rysace... idem Epinausimache... et Adamante...'

arbitros *Bothius* arbitror ω obliscier *BaL* obliuiscier φ

III

Ah dúbito quid agis: cáue ne in turbam te ímplices.

Non. 524, 25 'turbam et turbas diuersam uolunt habere
significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turba-
tiones. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et
pro turbis turbam. Accius Adamante...'

ah dubito *ed.* 1526 an dubito ha ω haut dubito *Bothius*
ah uide tu quid agas *Vsenerus (coroll. com. CCXXV)* te
om. Ba implices *edd.* implicis *Ba* implicis φ

IV

Hostem út profugiens ínimici ínuadam ín manus?

Non. 324, 1 'inuadere rursus quasi in uadum ruere.'
(Atamante *W* Adamante *Harl. Leid. Gen. Bern.*)

hostem ut profugiens *Bothius* ut profugiens hostem ω ,
quod fuit qui defenderet: in septenarii initio ferri possit

V

Cuíus sit uita indécoris, mortem fúgere turpem haut
cónuenit.

Non. 489, 1 'indecoris pro indecora.'

indecora *L* turpem *Junius* turpe ω haut χ aut ψ

VI

<Tuís> beneficiis hóstimentum grátum peperisti ét graue.

Non. 315, 18 'grauē, solidum et firmum.'

beneficiis *Palat.* ueneficius φ hostimentum gratum pe-
peristi et graue] grauem hostium peperisti et graue ψ hostem
grauē peperisti *Palat.* egregiis hostimentum peperisti graue
Grotius hostimentum peperisti gratum et graue *Bergkius olim*
gratum h. repperistis et gr. *idem opusc.* I 329 hostimentum
peperisti graue *Bothius in senario, item* gratum hospitium p.
et g. *Bue: cf. coroll. LIII*

VII

'Atque ita de illis mérui, ut iure haec núnquam 195
miserarént mala.

Non. 470, 22 'miserarent pro miserarentur.'

ATREVS

I

Servius Dan. in Aen. VIII 130 'alii ita tradunt Steropes et Atlantis filios Oenomaum et Maiam fuisse, Oenomai Hippodamiam filiam, unde Atreus natus; at Maiæ filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander, quod Accius in Atreo plenius refert.'

II

Simul ét Pisaea praemia arrepta á socio
 possedit suo

Priscianus p. 698 P. 'vetustissimi tamen communiter hic et haec socrus proferebant.'

praemia | Pisaëa *Vossius* erepta *Reg.* (in *mg. m.* 2 at arrepta) *Bern. Sang. Grut. Karolir.* socru *Sang. et Halb. m. 2.* *Ad senarios redii, octonarium Bothius* posuit

III

Atreus

Iterúm Thyestes 'Atreum adtractatum áduenit,
 Iterúm iam adgreditur me ét quietum exsúscitat:
 200 Maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
 Qui illíus acerbum cór contundam et cómprimam.

Cicero de orat. III 58, 219 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'uis: contentum, uehemens, imminens quadam incitatione grauitatis [1-4].' Idem Tusc. disp. IV 36, 77 (cf. Enn. Iphig. IV) 'ut facile appareat Atrei filios esse eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam [3. 4]. Quo igitur haec erumpit moles? Audi Thyestem [XVI]. Eorum uiscera apponit.' Idem de nat. deor. III 26, 68 'quid? ille funestas epulas fratri comparans nonne uersat huc et illuc cogitatione rationem? [3. 4] Nec tamen ille ipse est praetereundus [VI], de quo recte et uerissime loquitur Atreus [VII]. At id ipsum quam callide, qui regnum adulterio quaereret [VIII]. Videturne summa improbitate usus non sine summa esse ratione?'

3 miscendum, *om.* est, *Tusc.* ω 4 cor *om.* ψ de orat.

IV

<quae> ego incípío conata éxequar.

Non. 202, 13 'conatus masculino. Neutro Accius Atreo...'
exsequor mavult Bothius

V

Atreus

óderint,

Dum métuant.

Seneca de ira I 20, 4 'non aliquae uoces ab iratis emittuntur...? qualis illa dira et abominanda: oderint dum metuant. Sullano scias saeculo scriptam.' Idem de clementia I 12, 4. II 2, 2 'ut illam' (sc. uocem) 'oderint d. m., cui Graecus uersus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet.' Cicero de off. I 28, 97 'ut si Aeacus aut Minos diceret: oderint d. m. aut [XIV], indecorum uideretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At Atreo dicente plausus excitantur: est enim digna persona oratio.' Idem pro Sest. 48, 102 'multae insidiae sunt bonis uerissime dictum est. sed te [215] inquit [216]. Nollem' (sic *Reg. m.* 1 *Gembl.* nulum ceteri libri, quod poetae tribuit etiam *Lachmannus*) 'idem alio loco dixisset' (sic *schol.* ut *Wesenbergius* dixit *edd.*) 'quod exciperent improbi ciues: oderint d. m.' *Schol. Bob.* in l. l. 'et hoc eiusdem poetae est: oderint dum metuant, quam sententiam detestatur quasi tyrannicam et inauspicatam liberae ciuitati.' Cicero *Phil.* I 14, 34 'quod uidemus etiam in fabula illi ipsi, qui oderint d. m. dixerit, perniciosum fuisse.' *Suetonius Calig.* 30 'tragicum illud subinde iactabat: oderint d. m.' Invertit *Tiberius* dietitans 'oderint dum probent' teste *Suetonio Tib.* 59.

1 sq. *Fortasse in uno versu óderint dum métuant scriptum fuit*

VI

Qui nón sat habuit cóniugem inlexe ín stuprum. 205

Cicero de nat. deor. III 26, 68 (vide III). *Versum esse intellexit Heindorfius*

qui *Ciceroni* reddebat *Schoemannus*

VII

Atreus

. . . quod re in sūmma summum esse árbitror
Perículum, matres cónquinari régias,
Contáminari stírpem ac miscerí genus

Cicero de nat. deor. III 26, 68 (vide III)

1 in re in *Leid.* C in re summa *codd. aliq., Davisius,*
fortasse recte 2 conquinari] *cf. Marius Victorinus CGL. VI 22 K.*
quoquinari *Leid. A et suprascr. co Vind. coinquinari φ*
regiam *Vind. (ante litteram erasam), Reg. Med. regiam regias*
Eliens. regum, regiam Davisius 3 ac miscerí] admiscerí ω

VIII

Adde húc quod mihi porténto caelestúm pater
210 Prodígium misit, régni stabilimén mei,
Agnum ínter pecudes aúrea clarúm coma,
Em clám Thyestem elépere ausum esse e régia,
Qua in re ádiutricem cóniugem cepít sibi.

Cicero de natura deor. III 26, 68 (vide III). Revocavit ad hanc fabulam VII et VIII Columna.

1 adde *etiam Scriverius addo ω caeleste Pal.* 4 em
(i. e. eum) clam *conieci coroll. LIII sq. quem clam Leid. A*
quendam *Leid. BC Med. quem dan Vind. quem clean Pal.*
quam dant *Erl. quem dicunt Reg. Cantab. quondam φ esse*
ausum *Orelliana*

IX

Thyestes

. . . uigilándum est semper: múltae insidiae súnit bonis.

Cicero pro Sest. 48, 102 (vide V). Idem pro Plancio 24, 59
‘quae ille a Ioue ortus suis praecipit filiis [214]. Nostis cetera:
[nonne? Id quod multi inuideant: cf. Madvicius Advers.
II 231] quae scripsit grauis et ingeniosus poeta, non ut illos
regios pueros, qui iam nusquam erant, sed ut nos et nostros
liberos ad laborem et ad laudem excitaret.’ Eodem Garatonio
in Verr. V 71, 181 Cicero videtur respexisse. Ex Atreo ut III
petita coniecit Halmsius. Cf. ex Euripidis Cressis fr. 461 N² *ὄντ*

ἂν δόναιο μὴ καμῶν εὐδαιμονεῖν, Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν
νεανίαν, et Thyest. fr. 392 N² εἰ δ' ἄτερ πόνων Δουτῆς ἔσεισθαι,
μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.

IX^a

Id quod multi inuideant multique éxpetant inscítiastr 215
Póstulare, nísi laborem sūmma cum cura écferas.

Cicero pro Sest. 48, 102: cf. fr. V.

1 id quod ω *pro Plancio, Sestianae ed. Hervagiana ex*
egregio cod. profecta te (de Reg. m. 1) id quod pro Sest. Reg.
Gembl. 2 postulare ni vel nisi Wesenbergius postularent siui
Reg. m. 1, Gembl. postulare si vulgo, Lachmannus summū
(summe corr.) cura *Gembl.*

X

Ne eúm tyranno quísquam epulandi grátia
Accúmbat mensam aut eándem uescatúr dapem.

Non. 415, 25 ‘nesci est edere . . .’

XI

Epulárum fíctor, scélerum fratris délitor

Priscianus p. 873 P. ‘a deleo . . . deletum, a delino deli-
tum nascitur, quod Probus et Caper comprobant usu quoque
adiuuante . . . Accius in Atreo . . .’ Thesaurus nov. lat. ap.
A. Mai auct. class. VIII 178 ‘delitor, qui aliquem occidit.
Accius: fíctor scelerum, fratris dedito delitor.’ Ibidem
301 ‘hic perlitor, ris i. occisor, unde Accius: fíctor sce-
lerum, fratris perlitor.’ Videtur perditor in aliquo
codice traditum fuisse: an sequentis versus exitus puerorum
perditor fuit?

XII

cóncocuit

220

Partém uapore flámmae, ueribus ín foco
Lacérta tribuit.

Non. 210, 30 ‘lacerti generis masculini. Neutri Accius
Atreo: concoquit . . . lacerta in focos. Loca generis sunt neutri
. . . masculini’ e. q. s. (lacerta. Locos dixere gen. masc.
Loca generis sunt neutri Vossius dubitanter)

2 flammae *Vossius* flammam ω ueribus in foco Lacerta
tribuit *vel* tribuit in foco Veribus lacerta *ordinavi* tribuit
ueribus lacerta in focos ω (in foco *Vossius* in focois *x*)

XIII

Sed quid tonitru turbida toruo
 Concussa repente aequora caeli
 225 Sensimus sonere?

Non. 505, 15 'sonere inde tractum est... Accius Neoptolemo... idem Atreo...'

3 sonare *Ba*

XIV

Atreus

natis sepulchro ipse est parens.

Cicero de off. I 28, 97 (vide V) schol. Gud.: 'tu nati sepulchro, i. pro sepulchro, i. in uentre tuo natum tuum sepelisti.'

nati *Gud. a, schol.* sepulchrum *Gudd. a c Basil.* es *scholiastam Gud. legisse recte concludit Heusingerus sit Goth., duo Oxon.* (ipse scriptum erat)

XV

Thyestes

fregisti fidem.

Atreus

Neque dedi neque do infideli cuiquam.....

Cicero de off. III 28, 102 'deinde illud etiam apud Accium [1. 2] quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.' Ibidem 29, 106 'nam illud quidem [2] idcirco recte a poeta, quia, cum tractaretur Atreus, personae seruiendum fuit.'

1 fregisti *Bern. c* fregistin *Bern. d, fort. recte fregistine* φ

XVI

Thyestes

Ipsus hortatur me frater, ut meos malis miser
 230 Manderem natos.

Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 (vide III). Idem de orat. III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens: [1. 2] et ea quae tu dudum, Antoni,

protulisti: segregare abs te ausus, et [XVIII] et Atreus fere totus.'

1 ipse *Lagom. 69, ed. Rom. 1469 de orat.* ipse *Laud. de orat.* ipsius *Abrinc. Erl. de orat.* ipsum ω *Tusc., nisi quod impium Oxon. unus impius χ de orat., Bentleius* hortatust me *Bothius* me hortatu *Bentleius* 2 manderem ψ *de or.: cf. Seneca Thy. 779 mandarem χ de orat., ω Tusc., defendit Baierus coll. Lucr. II 638*

XVII

'Egone Argium imperium attingam aut Pelopia digner
 domo?

Quoi me ostendam? quod templum adeam? quem ore
 funesto alloquar?

Non. 281, 4 'dignatus significat dignus habitus... Accius in Neoptolemo... idem in Atreo...'

1 Pelopia *Vossius Pelopis* ω 2 quoi *Lipsius quo* ω quem ore *mss. Fabri et Merceri* quae more (mone *GH*) φ funeste *GH* alloquar *Mercerus colloquar* ω

XVIII

'Equis hoc animaduortet? uincite!

Cicero de orat. III 58, 217 (vide XVI). Idem Tusc. disp. IV 25, 55 'ecquis... uincite! num aut egisse umquam iratum Aesopum aut scripsisse existimas iratum Accium?'

et quis ω *Tusc.* quis *vel* et quis *vel* ei quis *vel* equis ω *de orat.* hoc *om. Gud. c* animaduortet *Abrinc. de or.* animaduortet *Erl. cum aliis animaduertit libri plerique*

XIX

Numquam istam imminuam curam infitiandó tibi.

Cicero in Pis. 33, 82 'quamquam, quod ad me attinet, numquam istam' e. q. s. Asconius in l. l. 'prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc uersum esse L. Acci poetae et dici a Thyeste Atreo.'

XX

Probae etsi in segetem sunt deteriorém datae 234¹
 Frugés, tamen ipsae suapte natura énitent.

Cicero Tusc. disp. II 5, 13 'nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, falsumque illud Acci: probae..'

enitent, sic animi non omnes culti fructum ferunt.' (Acci: probae Muretus var. lect. XVI 20 acinprobe Gud. Brux. acimprobe Reg.) Schol. Laur. ad Verg. ge. I 2 (editum a Th. Mommseno mus. Rhen. XVI 443) 'nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, [sed] pro terra arata... Accius in Atreo: si in segetem deteriozem datae sunt fruges.' Non nimis similia sunt Euripidea Hecubae v. 592:

ὄνειον δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κερῆ
 τρυφῶσα κερῶδ' ἀεὶ θέρειν εὖ στάχυν φέρει,
 χρῆσθ' ἢ δ' ἀμαρτοῦσ' ὅν' χερῶν αὐτῆν τρυφῶν
 κερῶν δίδωσι κερῶν.

Ceterum duo fragmenta XVIII. XIX, item inc. fab. I dubitari potest num forte rectius Pelopidis reddenda sint. Praeterea ad Atreum conicio referenda esse inc. fab. V. VII, inc. inc. fab. LX.

BACCHAE

I

235 Deinde ὄμνι stirpe cum ineluta Cadméide

Vagant matronae percitatae insania.

Cicero de fin. IV 25, 68 'ex ea difficultate illae fallaci-
loquae, ut ait Accius, malitiae natae sunt.' Non. p. 113, 14
'fallaciloquentiae. M. Tullius de finibus bonorum et ma-
lorum lib. III: quae diligentissime contra Aristonem dicuntur
a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae.'

fallaciloquae *Manutius* fallaciloquelae *Cic. ex.* fallacilo-
quentiae *Nonius.* *Falsum memoria Ciceronem significare inc.*
inc. fab. 114 *Madvicus* suspicatur

XXXIII

<Si> ríte ad pa<triam sóspes rediis>set <suam> 695

Festus p. 301 M. 'sos[pes — — — — — Acc[ius
.....]rite ad pa..... set. *Ennius*' e. q. s.
Capere lacunam accius in minoe monui *hist. trag.* p. 567.

si rite ad patriam sospes peruenisset *Vrsinus* si rite ad
patriam rediisset *Bothius*

XXXIV

resíduos, somn<o déditos>

Festus p. 281 M. '[reses et residuus — —] residet
Accius residuos, ssū[.....
Afranius]

somno deditos *Vrsinus* sūn ante lacunam *cod.*

XXXV apud Varronem de l. l. VI 80 M. ut a tragoedia
certe alienum exclusi.

XXXVI

Hectora

Varro de l. l. X 70 M. 'Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas Graecas uerborum magis renouare, a quo Valerius ait: Accius Hectora nolet facere, Hectora malet.'

XXXVII

termen

Varro de l. l. V 21 M. 'terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur... hinc fines agrorum termini, quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur: itaque hoc cum I in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus, sed termen.' Emendavit L. Spengelius: hoccum is in Latio Flor. idem terimen coniecit.

XXXVIII

inimicitiam

Charisius p. 75 P. 'inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent, sed Sallustius de insidiis prima inquit, et Accius inimicitiam dicit.'

XXXIX

aluus (*masculine*)

Charisius p. 61 P. 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus... et Heluius Cinna... et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebravit.' Cf. Caper CGL. VII p. 107, 12.

XLI

(hic) Iouis

Excerpta ex anon. gramm. in A. Mai auct. class. V 151 'legimus in Capro hic Iouis. etiam Naeuius Attius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

XLII

status

Non. 226, 24 'statura generis feminini. Lucilius lib. xxviii: quare pro facie, pro statura Acciu' status.' Cf. coroll. LXII sq. com. CXXIX.

Mutilum et dubium exemplum apud Festum p. 359 v. tammodo extat, de quo cf. coroll. com. CXXIX; alterum quod

ibidem legitur p. 313 v. struere (cf. coroll. LXIII) nunc comiciis reddere malui. Quam olim numero XL signavi glossa (CGL. V 234 G.) Lucilii est (cf. Loewe Prodr. VII).

POMPILIUS

Heu quá me causa, Fórtuna, infesté premis?

Varro de l. l. VII 93 'apud Plautum euax... ut apud Ennium hehae... apud Ennium eheu... apud Pompilium heu' e. q. s. Tragicum poetam esse evincit epigramma in Varronis satura *ὄνος λόγος* insertum (fr. 356 B.)

Pacui discipulus dicor, porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum: Pompilius clueor.

Satirarum poetam fuisse perversa ratione statuit Havet.

C. IVLIUS CAESAR STRABO

(cf. Asconius in Ciceronis Scavianam p. 24 Or.)

ADRASTVS

Cum cápita uiridi laúro uelare ímperat
Prophétæ sancti, cáste qui puránt sacra.

Festus p. 229 M. 'prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes: cum capita' e. q. s.

2 sancta ita caste *cod. in quibus sancti latere monuit Kiesslingius. sancte casta Bergkiius sancta caste Delrio sancta ibi caste O. Muellerus. An casta caste? curant Bergkiius, fortasse recte*

TEVTHRAS

Flámmeam per aéthram late féruidam ferrí facem

Macrobius Sat. VI 4, 19 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus, Ennius prior dixerat... et Iulius Teuthrante... (Iulius edd. illius Salisb. ilius ceteri libri teutrante Par.)

late *Scriverius* alte ω per aethera alte *Scriverius: saltem aetheram scripsisset*

TECMESA

Marius Victorinus CGL. VI 8 K. 'iuxta autem non ponebant cm: inde nec Alcmenam dicebant nec Tecme-

sam, sed Alcumenam <et Tecumesam>; inde Alcumeo et Alcumena <et Tecumesa> tragoediae' (cf. coroll. LXIII); 'donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus Tecmesam inscripsit tragoediam suam et <ita> in scaena pronuntiarum iussit.'

INCERTI LOCI

. . . corpusque suavi telino unguimus.

Isidorus orig. IV 12, 7 'unguenta autem quedam dicuntur a locis, ut telinum, cuius Iulius Caesar meminit dicens: corpusque s. t. u. hoc conficiebatur in insula Telo, quae est una ex Cycladibus.' Iulio Caesari Straboni vindicavit Grialius, in memoriam revocavit Bue arch. Woelfflini I 113.

telini unguine prop. Grialius, ut integer fieret senarius

SANTRA

NVPTIAE BACCHI

I

ita oppletum sono

Furenter omni a parte bacchatum nemus.

Non. 78, 28 'nam et quidquid vehementius commouetur, bacchari voluerunt. Santra Nuptiis Bacchi...' (nuptiis Vrbm. 307 nuntiis ceteri libri Bacchis libri Bacchiis Gulielmius)

1 oppletum Gulielmius obsoletum ω 2 ferenter L omni a] ab omni ω furente ab omni Bue furentum ab omni Bergkiius nemus F³, Aldina nemes (mens at nemes Vrbm.) φ

II

. . . ex templo excita euadit pia

Genetrix et omnis uocis expergit sono.

Non. 104, 17 'expergo pro expergefacio... Santra Nuntiis Bacchis...'

1 exemplo H²LW excita Pontanus excit ω exit Aldina pia Gulielmius qua ω quies olim conieceram

L. VARIVS RVFVS

THVESTA

Atreus

iam fero infandissima,

Iam facere cogor.

Schol. Paris. diligentius quam antea descriptum a Th. Mommseno ephem. Marburg. 1845 p. 84: 'INCIPIT THVESTA VARI. Lucius Varius cognomento Rufus Thyesten tragoediam' e. q. s. Vide quaest. scaen. meas olim adnexas p. 347. Acta est a. 725 ludis triumphalibus Sextili mense. Quintilianus III 8, 45 'neque enim quisquam est tam malus ut uideri uelit. sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem scelestissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere: sic Atreus apud Varium iam fero, inquit, infandissima' e. q. s.

EX INCERTIS FABVLIS

I

primum huic

Neruis septem est intenta fides

Variique apti uocum moduli

5

*

Ad quos mundi resonat canor in

5 Vestigia se sua uoluentis.

Marius Victorinus CGL. VI 60 K. 'concentum mundi cursumque imitans chorus canebat... de qua re Varius sic tradidit...'

3 apti Schneidewinus addita Pal. Par. additi ed. pr. dati Bothius moduli Bothius modi ω . Propter hiatus post hunc v. lacunam statui, in qua motus chori memorari poterant (cf. coroll. LXIII sq.) uariique modi uocum... vel uariique adii uocum motus Bue 4 tenor ed. pr. 4 sq. sua se uoluentis in uestigia ω , correxit Bue. in Sua se uestigia uoluentis Schneidewinus

II

et fróndosam

Semíputatam queritúr uitem.

Philargyrius in Verg. Ecl. 2, 70 'frondosa uitis est, de qua si quis biberit, insanit. sic Varus et frondosam, inquit' e. q. s. (Varius Weichertus)

GRACCHVS

ATALANTA

O gráta cardo, régium egressum índicans!

Priscianus p. 683 P. 'hic cardo, cardinis. quidam tamen ueterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta ...'

PELIADES

Sonat ímpulsu regía cardo.

Non. 202, 20 'cardo ... feminino Graius in Peliadibus ...' (graus Harl. caius Vrbin. 307 Gracchus Scriuerius)

ímpulsu *Delrio* ímpulsa ω *Monometra praefert x*

THYESTES

Mersít sequentis úmidum plantás humum.

Priscianus p. 719 P. 'humus humi. hoc etiam neutrum in um desinens inuenitur apud ueteres ... Laeuus in Adone: humum humidum pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: mersit' e. q. s. (pedibus ... umidum om. Reg. a m. pr. graccus Reg. m. alt. gracus Halb. grachus fr. Amienense gratus Bamb. Bern. Grut. Sang. Karolir.)

plantas *Bentleius* plantis ω

EX INCERTA FABVLA

Púrpuram et diadéma

De dubiis nominibus CGL. V 577 K. 'diadema generis neutri, ut Gracchus ...' (Gracus libri). Vtrum poeta an orator sit incertum.

purpuram *Hauptius* purpura ω

P. OUIDIVS NASO

MEDEA

I

Medea

Seruáre potui: pérdere an possím, rogas?

Quintilianus VIII 5, 6 (de figuris sententiarum) 'et translatione a communi ad proprium. nam cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit ...'

possis *Monac. Bamb. m. 2*

II

Ferer húc illuc, uae, pléna deo.

Seneca Suasor. 3, 7 M. 'hoc autem' (plena deo) 'dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse: itaque fecisse illum quod in multis aliis uersibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragoedia eius: feror' e. q. s.

uae *scripsi mus. Rhen. XXX 627* ue ω *ceu Wissowa* ut *vulg. plane Bruxell. m. 1*

P. POMPONIVS SECVNDVS

Aeneam inter praetextas, Armorum iudicium inter Bononiensis Atellanas reposui.

ATREVS

nunc te óbsecro,

Stírpem ut euoluás meorum <mé>que notificés mihi.

Non. 144, 24 'notificem, notum faciam.' Singulare apud Nonium de tragico poeta Pomponio testimonium esse, cum ceteris locis omnibus Atellanarum scriptor laudetur, non fugit Bernh. Schmidtium; et posse Atreum quoque Atellanam fuisse monuit M. Hertzius: a quo tamen genere color huius frustuli

alienus est. Itaque ex Pomponii Atellana quadam verba, tum autem Accii nomen excidisse adseverat x

2 euolues *H*¹ meque scripsi, idemque Buchelero placuit
conl. Sen. Oed. 27

EX INCERTIS FABVLIS

I

Chorus

5 Rhoéteis procul á terris

* * *

Priamíque aras damnáte pias

* * *

'Obrue nos Danaósque simul.

Terentianus 1965 sqq. 'inserit haec aequae Pomponius in choricis sic [1], mox dispare uersu Subiecto [2] tunc [3] parilem dedit illi.' Marius Victorinus CGL VI 121 K. 'nec minus hephthemimeres tome subdito sibi uersu trimetro catalectico . . . aptum tragicis choris metrum praestabit. uelut: multa quoque et bello passus, dehinc: fato profugus Lauinaeque uenit. item [3] aras Priami damnate pias tunc. quo genere metri et Euripides in Oreste et Pomponius noster in <choricis> suis usi noscuntur.'

2 damnate *Victor. ed. pr.* damnato *Victorini Par.* damnare
Terentianus

II

Chorus

Péndeat ex umerís dulcis chelys

'Et numeros edát uarios, quibus

10 'Adsonet omne uiréns late nemus,

'Et tortis erráns qui flexibus

Terentianus 2135 sqq. 'in tragicis iunxere choris hunc saepe disertí Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus. Tale dedit nobis Pomponius [1—4]. Reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro: Rursus de mutilo redit integer: [1] apta choreis, [2] ecce propinquum [3] aruaque iuxta [4] effugit amnis.' Marius Victorinus CGL VI 115 K. 'hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur, et continuati nonnum-

quam choros explicant, ut apud Pomponium reperimus [1—3]. his quoque si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies' e. q. s. Augustinus de musica IV 31 'alia' (sc. metra) 'nec tota immobilia nec tota mobilia, ut est [1—4]. Vides hic enim ubique et spondeos et dactylos poni posse praeter ultimum pedem, quem metri auctor semper esse dactylum uoluit.'

III

omnes

Charisius p. 111 P. 'monteis; licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Plinius, propter homonymum nominatiui accusatiuo casu omnes' (om^s cod.) 'non putet dici, sed omnes.' (omneis cod.) 'tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tunc demum posse dici accusatiuo, ut canes, quando genetiuis pluralis ut' (om. cod., addidi) 'horum canum ante um i non habet.' Cf. quae p. 129, 19 K. ad 'fonteis' formam disseruntur. Vsum poetae, non frustulum exhiberi monui coroll. p. LXIV.

Praeterea vide inc. inc. fab. CXXIX.

SCAEVVS MEMOR

Scindímus atras ueterí planctu,

Cisséi, genas.

Sergii explan. in Donatum CGL IV p. 537 K. 'patronomica feminini generis in is exeunt, ut Atreis Cisseis Dardanis. filia Atrei Atreis dicitur, filia [Cissei] Cisseis, id est Hecuba, Cissei filia, Priami regis uxor. Vergilius . . . Scaeuus in tragoedia: scindimus . . . genas, id est Hecuba' (haec uae Lavant.) 'filia Cissei.' (scaeuus Lavant.) Scaeuum Memorem, de quo ipse cogitabam, M. Hertzius agnovit. Troades captivas canere adnotavit x: cf. Eurip. Hecuba 905 sqq. Senecae Troades 1235 sq.

Anapaestos agnovit x 1 atras *pulvere sc. infuso, luctu et inluvie diuturna squalidas: atratas in trim. iamb. initio olim conieceram aspras x* acri teneras *Bergkiius: cf. coroll. LXIV* planetus, *corr. ex palanctus Lavant.* 2 Cissei *x* chisseis *Lavant. Cisseis Keiliius*

INCERTORVM POETARVM FABVLAE

LAOMEDON

I^a

Memória uoluenda átque fama

Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 81 '— us in Laomedonte memora . . . fama — et Pacuuius in Teucro' e. q. s.

memoria temptavit Bue memora cod.

NELEI CARMEN

NELEI CARMEN num tragoedia fuerit, admodum dubium: cf. hist. trag. 629 sqq.

I

. núnquam numero mátri faciemús uolup

Festus p. 170 M. 'numero — — — item in Nelei: numquam' e. q. s. 'id est, numquam nimium faciemus. apud Naeuium' e. q. s.

enumquam Fleckeisenus nam numquam conieceram uólup Vrsinus uolui cod.

II

Foedé stupreque cástigor cotídie.

Festus p. 317 M. 'stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: foede' e. q. s. Paulus p. 316 M. 'stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt, unde est in carmine: foede' e. q. s.

III

Toppér fortunae cómmutantur hóminibus.

Festus p. 352 M. 'topper significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere; cito, sic in Nelei carmine: topper' e. q. s. CGL V 527 G. 'torper cito, ut neleus: topper f. e. h.' cf. 517.

IV

<strigo>nes exerciti

Festus p. 314 M. 'strigores in Ne[lei carmine pro st]rigosis positum [inuenitur, id est densa]rum uirium ho[m]inibus:

strigo]res exerciti.' Supplevit et correxit ex Paulo Vrsinus cf. Hermannus praef. in Plauti Bacch. p. VII

strigones Turnebus strigores O. Muellerus

V

†saucia puer filia sumam

5

Charisius p. 64 P. 'puer et in feminino sexu antiqui dicebant . . . ut in Odyssea uetere, quod est antiquissimum carmen: mea puer, quid uerbi ex tuo ore audio? et in Nelei carmine eaque prisco saucia puer filia sumam, ubi tamen Varro cum A puera putat dictum, sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.' (eoque prisco Putschius eo quoque prisco ego conieceram. aequae prisco H. Keilius recte, ut uid.)

puer cod., Aelius Stilo et Asinius puera Varro Summani Hermannus Salmonei O. Muellerus sancta puer Saturni filia regina Livii Andronici Saturnium agnoscere sibi visus est Duentzerus. Nec numeros nec uerba tangere audeo, sed uidetur sancta p. f. Saturni uerum esse, quod iambis sic fere: sancta filia, | Puér Saturni comprehendas

PENTHESILEA

VI

Fórmidabant óbiurare

Festus p. 189 M. 'obiurare — — — ut est in . . . Pentheselea: f. o.'

EQVVS TROIANVS

Cf. hist. trag. 49

VII

sero sapiunt Phryges.

Festus p. 343 M. 'sero sapiunt Phryges prouerbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno uelle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achiuis.' Cicero ad fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt.'

sero sapiunt núnc Phryges poetam dedisse puto

VIII

Sí sciens fallo

Cicero ad fam. VII 1, 2 'omnino, si quaeris, ludi' (a. 699)

'adparatissimi, sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo. nam primum honoris causa in scaenam redierant ei, quos ego honoris causa de scaena decesse arbitrabar. deliciae uero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. is iurare cum coepisset, uox eum defecit in illo loco: si sciens fallo. quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi: adparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem adparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. quid enim delectationis habent sescenti muli in Clytaemestra? aut in Equo Troiano creterrarum tria milia? aut armatura uaria peditatus et equitatus in aliqua pugna?' Iurisiurandi formula 'si sciens f.' apud Livium XXII 53, 11 redit.

CHORVS PROSERPINAЕ

inlicis

Varro de l. l. VI 94 'non est dubium quin hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciat ad magistratus conspectum.... quare una origine inlici et inlicis, quod in choro Proserpinae est, et pellexit.' Ad tragoediam retulit post Bothium O. Iahnus Herm. II 228, quamquam probabilius videtur hymnus in sacros usus compositus intellegi.

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I

Aenea! — Quis enim est, qui meum nomen nuncupat?

Varro de l. l. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus... item in choro, in quo est: Aenea' e. q. s. (choro Haun. choro ceteri libri: deficit Laur. 51, 10. Fortasse: Hectore vel Equo Troiano.)

enim Haun., om. φ is Grotius

II

Festus p. 229 M. '<pro> — — alias pro a<dmi-
ratione, ut pro Iuppiter> — in Melan
mani omu — —' Vncis inclusa Paulus suppedi-
tavit: cetera incertissima. Vrsinus haec: Accius in
Menalippo: manu omnium.

III

... atque ego rep<úlso ratibus meis mare>.

III. IV Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agantur, quo quidem uocabulo interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula — — item [eodem nomine significarunt etiam re[mos. Accius in Neopto]lemo: atque ego r//..... et alio loco: sed iã /// tes salum.' Supplementa Pauli ex parte sunt.

repercutio ratibus mare Scaliger

IV

Sed iám pro<scindunt rátibus sulcan>tés salum.

Supplementa dedi Buecheleri. propellunt caeruleum rates salum Scaliger

V

. máter grauida párrere <ex> se ardentém facem 5
Visa ést in somnis Hécuba: quo fató pater
Rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
Percúlsus, curis sump̄tus suspirántibus,
5 Ecsácrificabat hóstiis balántibus.
Tum cóniecturam póstulat pacém petens, 10
Vt se édoceret óbsecrans Apóllonem,
Quo sése uertant tántae sortes sómniū.
Ibi éx oraclo uóce diuina édidit
10 Apóllō, puerum, prímus Priamo quí foret
Postílla natus, témp̄raret tóllere: 15
Eum ésse exitium Tróiaē, pestem Pérgamo.

Cicero de div. I 21, 42 'haec, etiamsi ficta sunt a poeta' (sc. Ennio), 'non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia mater grauida' e. q. s. ('quia' reddidi Ciceroni.) Versus uidentur ex Alexandri Ennianae fabulae prologo sumpti esse.

. 1 ex Bue, om. libri se om. Leid. H 2 fato, ut conieceram, etiam Heinsius facto ω 3 mentem Lambinus mortis Bothius 5 et sacrificabat Leid. H exsacrificabat φ 6 con-

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. RIBBECK.

iecturam *Leidd. ABH* coniecturum *Erl. Vind.* coniectorem φ
7 doceret *Vind.* obsecras *Leid. A m. 1* apollinem *Erl.*
apollinem φ 8 somniorum *Erl.* 9 ubi *Leid. B* sibi *Leid.*
H m. 1 ib *Leid. A m. 1* uocem diuinam ex *Eliensi Davisius*
11 postilla coniungi iussit *Ritschelus* temperaret tollere
cod. Vossii, Vind. m. pr., om. cod. S. Victoris temptaret tollere
Leid. H Palat. b Erl. tempora extollere *Vind. m. alt.*

VI

Omnis aequalis uincebat quinquertio.

Festus p. 257 M. 'quinquertium uocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat uersus hic: omnis' e. q. s. 'Linius quoque ipsos athletas sic nominat.' Cf. hist. trag. 609.

VII

O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum optines,
'Vnde superstitiosa primum saeuia euasit uox foras!

Cicero de div. II 56, 115 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno, eademque paulo post: eheu uidete sed iam ad te uenio, sancte Apollo' e. q. s. Varro de l. l. VII 17 M. 'o sancte . . . obtines. Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis: quod utrumque est falsum.' Dubium vix est quin Enniana haec sint.

1 o *Ciceronis et Varronis ω, del. Gruterus* obtines (optines *Flor.*) Varro et *Ciceronis Vrsin.* obsides φ 2 unde haec *Lambinus* foras *Gruterus* fera ω

IX

Hecuba, hoc dolet pudet piget.

21

Quintilianus IX 3, 77 'fit etiam singulis uerbis' (sc. ὁμοιοτέλευτον): 'Hecuba . . . piget; et: abiit excessit erupit euasit.' Fortasse Cassandrea in Ennii Alexandro uerba sunt. De Langii suspitione in *Vind.* p. 48 prolata disserui in quaest. scaen. p. 259 sq.

Initium senarii H. hoc d. p. p. praefert Bue

X

heu heu pater, heu Hector!

Charisius p. 216 P. 'heu heu, pater' e. q. s. 'a dolore

mentis adfectae.' Cf. Naekius opusc. I 350. Ad Cassandreae canticum quod est in Ennii Alexandro rettuli: cf. hist. trag. 91.

heus ter cod. et edd.

XI

Postquam abs te, 'Agamemno, ut uenirem tetigit aures
nuntius,

Extemplo

Cicero ad Att. XIII 47 (50 O. E. Schmidt) 'Posteaquam abs te, Agamemno, non ut uenirem . . . sed ut scriberem, tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolau.' (aures . . . instituta om. Med., quo nixus 'ut scriberem pepigit Oppius' miro artificio excogitavit O. E. Schmidtus.) Tragoediae uerba agnovit Gulielmius. Cf. Varro in epistula Iuli Caesaris apud Nonium p. 263, 3 (fragm. Varr. p. 259 R.) 'quem simul ac Romam uenisse mihi attigit auris nuntius, 'Extemplo meos in curriculum contuli propere pedes.' Ex quibus haec extrema quae septenarium trochaicum explent in tragoedia v. 23 secuta fuisse caute suspicatus est Buechelerus. Ipse olim fr. XII ad eandem orationem referendum esse conieci, sed Ciceronem certe non plura quam quae in textu posui et quod Enniam sane est edolau (cf. Varro fr. 59 B.) a poeta mutatum esse nunc mihi quoque persuasum est. Contulit Ladeuicus ex Euripidis Iphigenia v. 633: ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ, Ἴηομεν, ἐφετμαῖς ὄντι ἀπιστοῦσαι σέθεν. Cf. hist. trag. 98.

1 posteaquam abs te, Agamemno, tetigit a. n. *Gulielmius:* abhorrere ab antiquitate posteaquam monuit *Ritschelus*

XII

concitum tetuli gradum.

25

Charisius p. 248 P. 'prothesis est, cum primae parti dictionis aut littera adicitur aut syllaba. littera . . . syllaba, ut: concitum t. g. pro tuli.' Diomedes p. 435 P. 'prothesis' (immo 'prothesis') 'est appositio quaedam ad principium dictionis. litterae . . . syllabae, ut: concitum t. g. pro tuli.'

XIII

Iam domum itionem reges Atridae parant.

Rhet. ad Herenn. III 21, 34 'cum uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negotii suscipiemus et

magis ingenium nostrum exercebimus. id nos hoc modo facere oportebit: iam' e. q. s. <'hunc uersum meminisse si uolumus, conueniet primo' suppl. Marx> 'in loco constituere manus ad caelum tollentem Domitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur. hoc erit: iam domum itionem reges. in altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam uelut Agamemnonem et Menelaum. hoc erit: Atridae parant. hoc modo omnia uerba erunt expressa.' subornari ut ad ephigeniam in agamemnonem et menelaum eodd. mutili subornari ut uel uagantem ephigeniam (ceteris omissis) Bamb. Leid. subornari ut ad Iphigeniam Ag. et Men. Buechelerus (sim. Marx): cf. coroll. LXIV. subornare Aesopum et Cimbrum in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum post Schuetzium Bergkius, qui ex Ennii Iphigenia sumpta esse coniecit. Confictum esse v. ne Marxius quidem (p. 132) persuasit: cf. coroll. LXV.

domi ultionem utroque loco ω domutionem Victorius

XIV

Dómum itionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

Non. 96, 3 'domutionem. Pacuius Hermiona... Lucilius lib. xxvi: domutionis' e. q. s. Videntur enim haec ex tragoedia sumpta esse. Cogitavi de Telepho Ennii (sed cf. coroll. LXV): eodem rettuli fr. XV. XVI. XVII. Tragici versus Lachmanno videbantur Luciliana 743 sq. 745 sq. L.

domutionis ω

XV

Quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides.

Seneca epist. 80 'ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait: quod nisi' e. q. s. 'diurnum accipit, in centunculo dormit.'

De elisione, quae est in voce Menelae, dixit Lachmannus in *Lucr.* p. 162

XVI

Proin démet abs te régimen Argos, dum ést potestas cónsili.

Fr. de metr. CGL. VI 613 K. 'octonarius iambus: proin' e. q. s.

proin demet Lachmannus proinde et ω consili Lachmannus consulendi ω

XVII

Nám sapiens uirtúti honorem praémium, haud praedám 30
petit.

Sét quid uideo? férró saeptus póssidet sedís sacras

Cicero de orat. III 26, 102 'numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nam sapiens' e. q. s. 'sed abicit prorsus, ut in proximo: set quid' e. q. s. 'incidat, aspiciat admiretur stupe scat.'

2 set quid *Erl.* et quid ψ *ecquid Lagom.* 14 *Gud. b*

XVIII

Omnés Danai atque Mycénenses,
Attíca pubes

Cicero de fin. II 6, 18 'quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent uoluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes' e. q. s. 'reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret.' Ex eodem fortasse cantico sunt, unde in Accii Telepho fr. II restat.

1 atque *Eliensis Davisii*, *Scaligeri vetus* aut ψ 2 aut artica *Pal. B* ut artica *Erl.*

XIX

Itís, paratis árma quam primúm, uiri?

XIX. XX Pompeius CGL. V 237 K. 'habemus in antiquis auctoribus, praecipue in antiquis poetis inuenimus uarie iunctas istas personas, credo, quia adhuc indefinita erat ista ratio: itis... uiri; et alio loco dixit Danai... sumite. Danai qui casus est? uocatiuus sine dubio. iste uocatiuus casus quam personam debuit tenere? secundam. parent tertia persona est: ecce iunxit tertiam personam uocatiuo: Danai qui parent Atridis; debuerat dici o. Danai qui paretis, quod est in secunda persona.' idem p. 291, 26 K. 'uitium... per modos, si uelis dicere: itis... uiri, pro eo quod est ite parate; per personas: Danai... sumite, Danai qui parent sumite pro eo quod est Danai qui paretis sumite.' Donati ars CGL. IV 394 K. 'soloeccismus fit... per modos uerborum, sicut itis... uiri pro ite parate; indicatiuum modum pro imperatiuo posuit... per personas, sicut Danai... sumite pro qui paretis sumite.' Explan.

in Donatum CGL. IV p. 564 K. 'soloeicimus per personas, sicut: Danaï' e. q. s. 'pro: qui paretis sumite.' Cum fr. XIX cf. Timothei dictum quod Demosthenes laudat in or. de Chers. 74.

Interrogationem imperativi vi fungi vidit x quod primum Pompei p. 291 Berol.

XX

35 Danaï qui parént Atridis, quám primum arma súmite!

atrides *Donati Berol.* atridi *Pompei p. 291 Pariss. CP. Berol.* Atridae *x* quod primum in *Pompei p. 291 Berol.* quam (*om. primum*) *Paris. B*

XXI

críspisulcans ígneum

Fúlmen

Cicero Topic. 16, 61 'cum autem erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur . . . at cum in Aiacis nauem crispisulcans i. f. iniectum est, inflammatur nauis necessario.' Cf. Accii Clut. fr. V

XXII

[Martém fatigat pródigus uitaé furor.]

Servius Centimetr. CGL. IV 458 K. 'Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem' e. q. s. Confictum esse a Servio statuit *x*, recte vid.: cf. M. Hertzii progr. Vratisl. 1880 p. 10 adn. 6 (coroll. LXVIII)

XXIII

Suprême belli potens!

Festus p. 305 M. 'supp[remum modo significat] summum, ut [cum dicit] supreme bel potens.' Senarii frustra agnovit Scaliger.

pater atque armorum *lacunam explet* pater supreme, belli et armorum p. *Scaliger*

XXIV

inplorát fidem

40

Iouis hóspitalis, Gráios omnis cónuocat.

Cicero ep. ad Quintum fratrem II 10, 3 'multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus; quo genere com-

motus, ut dixi, Appius totum me amplexatur; nihil est enim facilius quam reliqua discutere. sed non faciam ut illum offendam, ne inploret . . . conuocet, per quos mecum in gratiam rediit.' Tragicum agnovit Buechelerus huiusque inscius M. Hauptius.

1 sq. inplorat . . . conuocat et Bue et Hauptius

XXV

[Haec, béllicosus cú pater, maté cluet Minérúa.]

Fr. de metr. CGL. VI 613 K. 'octonarius iambus [XVI]. septenarius: haec' e. q. s. Vnicum fere septenarii iambici in tragoedia exemplum, nam dubius est Accii v. 697. Itaque procul hinc habendum esse iudicavit ante alios Josephus Krauss.

bellicosus *Carrio* bellicosus ω pater, mater *Carrio* mater pater ω bellicosa, cui pater mater cluet, M. *coni. Bue*

XXVI

Vbi ínitiántur géntes orarum últimae

Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusinem, sanctam illam et augustam, ubi initiantur' e. q. s. 'praetereo Samothraciam eaque quae Lemni [XXXVII]. Fortasse in Erechthei Enniana fabulae prologo posita fuerunt.

orai *Bentleius*

XXVII

<Ops ille> concidít, ego egens exórtus sum.

Festus p. 190 M. 'ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium inops concedit ego egens e. s.' Vtrum tragicum an comicum sit dubitari potest.

Supplevit Bue sive senarium sive troch. septen. initio mancum concidit *Bue* concedit *apogr.*

XXVIII

Phoenix

. non múlta peccas, séd <tamen

45

Sí> peccas, te régere possum.

Cicero pro Mur. 29, 60 'non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister, sed si peccas, te

regere possum.' Quintilianus VIII 6, 30 'antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit... (Cicero) ipse certe usus est hac libertate: non multa... magister: neutrum enim nomen est positum et utrumque intellegitur.' Phoenicem in Accii Myrmidonibus loquentem agnovit Ladevicus.

1sq. sed, om. si, codd. sed si Asc. 1511 sin in proecdosi posui octonarium troch. metiens. sed tamen in senarii exitu Bue (cf. coroll. LXV, ubi septenarium hunc fere non multa p., si tamen p., te r. p. proposui)

XXIX

Aiax

Videó te, video: uíue, Vlixes, dúm licet:

Oculís postremum lúmen radiatúm rape!

Cicero de orat. III 40, 162 (dicitur de verbis translatis) 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli ingentes fornices, quamuis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius: tamen in sphaera fornices similitudo non potest inesse. Viue' e. q. s. 'non dixit cape, non pete: haberet enim moram sperantis diutius esse uicturum: sed rape. hoc uerbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet.' Idem Acad. pr. II 28, 89 'quid loquar de insanis? ... quid? ille qui: uideo... licet, nonne etiam bis exclamauit se uidere, cum omnino non uideret?' Ennii Aiace furem loqui manifestum.

1 uideo te, uideo *Bothius* uideo uideo te ω uiuum ω in Acad. 2 radiantis (sc. solis) *Muretus* e 'vetere libro' suo

XXX

Aiax

Apérte fatur díctio, si intéllegas:

50 Talí dari arma, quális qui gessít fuit,

Iubét, potiri sí studeamus Pérgamum.

Quem ego mé profiteor ésse, mest aecúm frui

Fratérnis armis míhique adiudicárier, 5

Vel quód propinquus uél quod uirtute aémulus.

Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, cum id, de quo summa controuersia est, parum expeditur et quasi transactum sit relinquatur, hoc modo: aperte' e. q. s. Accii

Armorum iudicio et hoc et duo sequentia fragmenta inseruerunt (cf. hist. trag. 370): Pacuuius fr. XXXI tribuit Marx p. 132.

1 aperte aiax fatur *Bamb. b* Apertae fatur *Memmius* se *Herb. Par. Bern.*, unde sei *Marx* 2 talis fuit iubet tali dari arma qualis qui gessit fuit *Bamb. a corr. Fris. in mg.* tali dari arma qualis ille qui gessit talis fuit *Tur.* tali fuit, *mediis omissis, Par. m. pr. Bern. m. 1* talis fuit *Bamb. a m. pr. Fris. Par. corr. Corb.* 3 om. *Bamb. a m. pr. Pergamum Par. Herb. Bern. Pergamo ϕ* 4 quam *Corb. Par. m. 2* quae *Bamb. Leid. Darmst.* me om. *Corb. Par. m. 2 Bamb. Leid. Darmst.* mea est *Parisini duo, Bern. Herb.* meā est *Parisini corr. Corb.* mea. me enim est *Bamb. Leid.* quae ego mea profiteor esse me est equum frui *Tur.* quae ego mea profiteor esse: nam me aequom est frui *Bothius* *Poterat etiam conici:* me enim (vel med) aecúmst frui 5 armis om. codd. *mutili* 6 quia... quia *Bamb. Darmst.* quia... quod *Leid., non male* uirtutis *Bamb. Leid. Darmst.* remulus *Par. Herb. Bern. Corb.* emulus sum *Bamb. Leid. Darmst. cf. coroll. XXI*

XXXI

Aiax

Cuius ípse princeps iúris iurandí fuit, 55

Quod ómnes scitis, sólus neglexít fidem:

Furere ádsimulare, né coiret, ínstitit.

Quod ní Palamedi pèrspicax prudéntia

5 Istíus percepset málitiosam audáciam,

Fidé sacratae iús perpetuo fálleret. 60

Cicero de off. III 26, 98 'utile uidebatur Vlixí, ut quidem poetae tragici prodiderunt... sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere uoluisse... quid enim auditorum putas fuisse Vlixem, si in illa simulatione perseuerauisset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen haec audiat ab Aiace: cuius' e. q. s.

1 cui *Bern. a* 3 assimilare *Bern. c* assimilauit (ads.) ψ insimulauit *Oehl.* 4 Palamedi *Bamb. Wuerzb.* Palamedis ϕ

5 percepset *edd., quam formam in dubitationem uocabat Maduicis, defendit A. Kochius* percepisset ω (sed i erasa, ut uidetur, in *Bamb.*) perspexet *Klotzius* astutiam *Gud. a, Wakefieldus* 6 ei de *Bernn. a b* fides *Hermannus* sacrata *Ambros. Bamb. Wuerzb. Bernn. a b Oehl.* sacratum *Bern. c*

XXXII

Vidí te, Vlixes, sáxo sternentem Héctora,

Vidí tegentem clípeo classem Dóricam:

Ego tūnc pudendam trépidus hortabár fugam.

Charisius p. 252 P. 'per mycterismon, id est derisum quendam, tam quam: uidi' e. q. s. 'haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.'

1 Hectors: cf. Accii inc. XXXVI 3 trepidus Fabricius trepidus pedib: cod.

XXXIII

fácinus fecit máximum, cum Dánais inclinántibus

65 Summám perfecit rém, manu suá restituit proélium

Insániens.

Cicero Tusc. disp. IV 23, 52 'semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore; nam facinus' e. q. s. Ex comico quodam producta esse censet Bentleius, recte fort. cf. Plauti Bacch. 925 Philostrati Her. 12 p. 188 K.

1 nam facinus vulgo cum in acie facit fecit m. Nam Danaís incl. Mon. a 2 perfecit rem] rem perfecit (s. perficit) Bern. Reg. Pith. Gud. Brux. refecit rem Seyffertus manu sua Hermannus manus eidem cum Rehd. manu q restituit proelium Hermannus proelium restituit ω 3 insaniens Kayserus Ciceroni tribuit

XXXIV

uictor ínsolens

'Ignominiae sé dolore uíctum non potuít pati.

Cicero pro Scauro 3 p. 956 H. 'quid? in omnibus monumentis Graeciae, quae sunt uerbis ornatiores quam rebus, quis inuenitur, cum ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, uictor i. se u. n. p. pati, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multauit?' In Accii Philocteta haec narrata fuisse conieci.

1 sq. Ciceronis verba transposui, nam parum placent senarii quales ignominiae d. u. i. | . . . se u. n. p. p. cf. coroll. LXV

XXXV

Ferrón an fato moérus Argiuom óccidit?

Quintilianus VIII 6, 10 (dicitur de translatione) 'pro rebus

animalibus inanima: ferro' e. q. s. Tragici versum agnovit Muretus, et satis quadrat ex Sophoclis Philocteta Neoptolemi de Achille dictum v. 334 τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ἴπο ζ. ζ. λ., ut ad Accii Philoctetam haec probabiliter referantur.

ferron an fato Bue ferro an fato Bamb. ferro non fato Ambros. Monac. Bamb. m. 2 ferro anne fato Muretus fato, non ferro adfirmativa sententia olim edideram. emoerus Bamb. m. 2 enio eius Monac. argum Ambros.

XXXVI

Tetulít senilis Poéas ad caelúm manus.

70

Pompei commentum CGL. V p. 296 K. 'figurae fiunt causa ornatus . . . puta: tetulit . . . manus. tetulit pro eo quod est tulit. stabat ille uersus an non? si potuit stare uersus, puta: tulit . . . manus, et ille maluit dicere tetulit pro eo quod est tulit, figuram fecit, id est schema.' Consentii ars ibid. p. 387 'prothesis est syllabae: tetulit . . . manus. dixit enim tetulit pro eo quod est tulit.' Accii Heraclidis tribui.

senili Paris. C sinili Berol. Pompei Poetas Lindemannus poetas Paris. C Berol. poeta Pariss. BP (infra poetas Parr. BC Berol.) Pompei hostis Consentius

XXXVII

Noctúrno aditu occultá coluntur

Siluéstribus saepibus dénsa.

Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusinem . . . [XXVI] praetereo Samothraciam eaque quae Lemni nocturno' e. q. s. 'quibus explicatis ad rationemque reuocatis rerum magis natura cognoscitur quam deorum.' Accii Philoctetae post v. 528 inserenda esse viderunt C. Beier et G. Hermannus.

XXXVIII

'Adsum atque aduenio 'Acherunte uíx uia alta atque árdua,

Pér speluncas sáxis structas áspers pendéntibus

Máxumis, ubi rígida constat crássa caligo ínferum. 75

XXXVIII. XXXIX Cicero Tusc. disp. I 16, 37 'in terram enim cadentibus corporibus eisque humo tectis, e quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam uitam agi mortuorum. quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt,

quos auxerunt poetae. frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, mouetur audiens tam grande carmen: adsum... inferum: tantumque ualuit error... ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possunt nec intellegi... inde Homeri tota *vévnia*: inde... *νεκρομαντεία*... inde in uicinia nostra Auerni lacus, unde animae excitantur obscura... sanguine, imagines mortuorum. has tamen imagines loqui uolunt.' (imagines mortuorum libri optimi. mortuorum imagines Eliens. c Petrens., Bentleius tamquam poetae verba. Sed videntur potius e margine illata esse: cf. Cicero de div. I 30, 63) Non. 272, 32 'constitit, erectus est... Cicero Tusculanarum lib. I: ubi rigida c. c. e. inferum.' Fr. XXXVIII contuli (hist. trag. 417) cum Sophocleae Polyxenae fr. 480 N^a, ubi Achillis umbra loquitur:

ἀπὸς ἀπαίωνός τε καὶ μελαμβοθεῖς
λιποῦσα λιμνῆς ἤλθον, ἄρσενος χάς
Ἀχέρωντος ὀξυπλήγας ἠχούσας γούους.

1 an ab Acherunte? cf. coroll. XX

XXXIX

'Vnde animae excitantur obscura úmbra opertae ex óstio
'Altae Acheruntis sálso sanguine

1 sq. unde animae excitantur *verba annon Ciceronis potius quam poetae sint ambiguum.* opertae ostio *Bruxell.* apertae ostio *Gud. Reg.* aperto ex ostio *Madrius* aperto alti ostio *Bothius* 2 altae *Klotzius* alte *Gud. Reg.* alto *Bruxell.* alti *Bentleius* fuso *Bentleius*

XL

'Vsque quaque sápere oportet: íd erit telum acérrimum.

Cicero ad fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt... Vsquequaque' e. q. s. Cf. hist. trag. 49.

XLI

mané mane, porro ut aúdias!

Charisius p. 216 P. 'mane' e. q. s. cupiditatis adfectus est.'

An audiam?

XLII

Quá tempestate Hélenam Paris innúptis iunxit núptiis, 80
'Ego tum grauida explétis iam fere ád pariendum
ménsibus,

Pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó
parit.

Cicero de orat. III 58, 219 'aliud' (vocis genus sibi sumit) 'molestia: sine commiseratione graue quoddam et uno pressu ac sono obductum: qua tempestate' e. q. s. Idem orat. 49, 164 'quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet: qua t. Helenam P. et quae sequuntur.' Ex Pacuui Iliana sumpta esse intellexit Welckerus.

1 qua in *Lagom.* 2 13 36 quam *Lagom.* 32 *corr.* tempestate Helenam Paris *Lachmannus* tempestate Paris Helenam *o* Paris tempestate Helenam *Bothius* nuptias *Abrinc. Erl. b* *Lagom. aliq. Gud. a et c* 2 fere *o* fui *Bothius* fere eram *Halmius: cf. coroll. XXI*

XLIII

Et ego íbo ut latebras rúspans rimer máritimas.

Festus p. 265 M. 'ruspari est quaerere crebro, ut hoc uersu indicatur: et ego' e. q. s. Item Pacuui Ilianae tribui. Cf. Pacuui inc. fab. XXXI.

rimer maritimas *Scaliger* rimeram aptimas *cod.*

XLIV

Naufrágia, labes géneris ignorás, senex?

Charisius p. 251 P. 'διάλκτον est siue *διάλκσις* oratio nulla coniunctione interposita, ut: alii naualibus ite' e. q. s. 'et aliubi: naufragia' e. q. s. 'sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.' Ad Teucrum Pacuui rettuli.

ignorat *cod.* *Interrogandi signum posui*

XLV

Telamo

'Ego cum genui, tím morituros scíui et huic rei sústuli. 85
Praétereá ad Troiám cum misi ob défendendam Graéciam,
Scíbam me in mortíferum bellum, nóñ in epulas míttete.

Cicero Tusc. disp. III 13, 28 'uidentur enim omnia repentina grauiora. ex hoc et illa iure laudantur: ego cum' e. q. s. Ibidem 24, 58 'atque hoc idem et Telamo ille declarat: ego cum genui.' (Reliqua huius versus m. rec. addita in Reg.; totum versum exhibent Marb. Duisb. Oxon. unus) Seneca ad Polyb. de cons. 11, 30 'quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno uiro uocem emisit: ego... sciui. prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset... ego... sciui. deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: et huic rei sustuli.' Fronto de bello Parth. p. 217 Nab. 'an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere? [1] Praeterea cum in terrarum' ('terrae' cod.) 'orbem nisi ob defendendum imperium, scibam me in mortifera bella' e. q. s. 'haec uerba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est.' Hieronymus epist. ad Heliodor. III 'ubi illud ab infantia studium literarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem?' (cf. Cic. Tusc. disp. III 14, 30) Ennii Telamoni vindicavit Hermannus.

1 moriturum Seneca, Ciceronis χ huic Seneca ei Cicero
2 missi Frontonis cod. 3 scibam Fronto sciebam Ciceronis ω

XLVI

. inter se strépere aperteque ártem obterere extáspicúm:
Sólueré imperát secundo rúmóre aduersáque aui.

Cicero de div. I 16, 29 'ut P. Claudius Appi Caeci filius eiusque collega L. Iunius classes maximas perdiderunt, cum uitio nauigassent, quod eodem modo euenit Agamemnoni: qui, cum Achiui coepissent inter se' e. q. s. Ex narratione naufragii esse, quae in Pacuui Teucro legebatur, statuit Bergkiius.

1 inter sese *Davisius* illi inter se *Stieglitzius*

XLVII

90 Nisi sí qua Vlixes líntre euasit Lártius

Quintilianus VI 3, 96 'adiuant urbanitatem et uersus commode positi seu toti ut sunt... quod fit grátius, si qua etiam ambiguitate conditur, ut Cicero in Lartium' (ita Bonnellus, in tertium Ambros. in artium Bamb. suppl. martium Monac. Argentor. in Marcium edd. priores) 'hominem callidum et uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset: nisi' e. q. s. Cf. Cicero Brut. 60, 216 Quintil. XI 3, 129. Possunt haec quoque in Teucro Pacuui inserta fuisse.

nisi si *Ambros. Bamb. suppl.*, ut con. *Spaldingius* nisi φ quia *Monac. Argentor.* líntre vel inde euasit *Spaldingius* interuasit ω , tuetur *Bue* (cf. coroll. LXXV) arte euasit libri *Burmanno notati* rate euasit alii Lartius *Ambros.*, *Spaldingius* tertius (*laertius Ambros. m. 2*) rell. Lertius nominis formam tuetur *Fleckeisenus*

XLVIII

[O parens antiqúá nostrae géntis, Argiuúm decus!]

Fr. Bob. de vers. CGL. VI 622 K. 'tetrametrum trochaicum... tragicum, quod plures spondios habeat: o parens' e. q. s. Confictum a Iuba metrico esse probauit Herm. Wentzel 'de Iuba metr.' in progr. Oppol. 1881 p. 14.

XLIX

Teucer

pátria est, ubicumque ést bene.

Cicero Tusc. disp. V 37, 108 'itaque ad omnem rationem Teuceri uox accommodari potest: patria' e. q. s. Publilius Syrus 545. 685 R. Pacuui Teucro tribuere nemo dubitat.

L

Hícine est ille Télamo, modo quem glória ad caelum
éxtulit,
Quem áspectabant, cúus ob os Grai óra obuertebánt
sua?

* * *

simul ánimus cum re cónceidit. 95

Cicero Tusc. disp. III 18, 39 'quid ergo? huiusne uitae propositio et cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut Aetam, de quo paulo ante dixi, aut Telamonem pulsum patria, exultantem atque egentem, in quo haec admiratio fiebat: hicine est ille... obuertebant sua? quodsi cui, ut ait idem, simul animus cum re conceidit, a grauibz illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his uoluptariis.' Idem ad fam. IX 26 'in eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille [2]?' Eurysaci Accii adscripsi.

1 hicine *Brux.* (de mensura uide *Studemundum ann. philol.* 1876 p. 70 et *Jos. Bach in Studemundi studiis* II 295) haecine *Reg. Gud. Pith.* Telamo *Bern.* Telamon ψ , quod tuetur

Wesenbergius 2 Grai lora *epist. Med. Pal. Harl.* Graj ora
Lachmannus 3 cum re concidit χ , *Bentleius* re concidit
Bern. in mg. rem condidit *Reg. Gud. Brux. Pith.*

LI

Quae tám terribilis túa pectora turbát, terrifico sónitu
inpulit —?

LI—LIII fragm. de metr. CGL. VI 614 K. 'Aristobolius [LI]. hic circuitus magis quam uersus est. Dactylum crebrum habet, rarum spondium. Paeon duodenarius [LII]. et hic circuitus magis quam uersus est. huic suberunt** ('suberit' ξ) denarius [LIII].' (Archebulius Nic. Loensis Epiph. V 8). Anapaesti tetrametri et paeones a tragoedia alieni habentur: cf. coroll. LXVI sqq. certe alia desunt exempla; dactylos subesse sentit Bue. sententias horum trium fragmentorum non alienas esse a Pacuui Niptris monui hist. trag. 276. Similia ut fr. LII sq. praebet Plautus Trin. 1176 Bacch. 1120.

quae tam *Bothius (intelligenda uox est)* quaedam *Colon.*
tuba *Bergkiius* terrificum sonitum *Bothius* intulit *Vat.*

LII

Quís meum nóminans nómen <aede> éxciet?

Quís tumultu ínucans íncolarúm fidem —?

1 aede *Lachmannus*, om. *Col.* 2 tumultu *Scaliger* tu-
multum *Col.*

LIII

Quí repens sémi<somnum> ónere pulsáns graui

100 <Hás> fores, crépitu terrét?

1 sq. *Redii ad proecdosin* semipulsus onere graui fores
crepitu terrent *Col.* quí r. semipulsús onere grauí fores | cré-
pítus adfértur et tétret (*vel extérrens*) *Bue*

LIV

Ioue pátre prognatus ést, ut perhibent, Tántalus,

Ex Tántalo ortus Pélops, ex Pelope autém satus

Atreús, qui nostrum pórró propagát genus.

Quintilianus IX 3, 57 'inuenitur apud poetas quoque' (sc.
gradatio) 'ut apud Homerum de scepro, quod a Ioue ad
Agamemnonem usque deducit: et apud nostrum etiam tragi-
cum: Ioue' e. q. s. Diomedes p. 443 P. eisdem verbis

praemissis. Ad Naevii Iphigeniam rettuli: cf. Eurip. Iphig.
Taur. 1 sqq.

1 patre prognatus *scripsi* prognatus *Diomedis edd. vett.*
propagatus (propugnatum *ut vid. m. 1 Ambros.*) *Quintil. a* pro-
pugnatus *Diomedis a* patre gnatus *proposuit Bue* 2 ortus *om.*
Diomedis edd. vett. autem *om. Diomedis a* 3 porro *Bamb.*
suppl. Argentor., om. Quintiliani q propagat *Ambros. m. 2 in*
ras., Monac. pagens (om. genus) Bamb. suppl. parauit Argentor.

LV

En ímpero Argis, scépra mihi liquít Pelops,

Qua pónto ab Helles átque ab Ionió mari 105

Vrgétur Isthmus.

Seneca *epist. 80* 'ille qui in scena latus incedit et haec
resupinus dicit: en impero' e. q. s. 'seruus est: quinque
modios accipit et quinque denarios.' *Quintilianus IX 4, 140*
'itaque tragoediae, ubi necesse est, adfectamus etiam tumorem
ex spondeis atque iambis, quibus' (add. *Spaldingius, om. codd.*)
'maxime continetur: en impero ... Pelops.' *Iniuria* huc a
Lipsio relatum esse *Ciceronem orat. 49, 163 (fr. XCII)* animad-
vertit *Bernh. Schmidtius mus. Rhen. XVI 598*; idem post *Alb.*
Langium fr. LV novae tragoediae vindicavit, addidi obser-
vationem de part. Lat. p. 36.

1 scripta *Quintiliani Argentor. regna Seneca, quod immerito*
tuetur Bernh. Schmidtius mi *Turnebus*

LVI

Quasi Héles pontum et cláustra

Varro de l. l. VII 21 'quasi' e. q. s. 'claustra, quod
Xerxes quondam eum locum clausit.' (quasi] *Cassi O. Muel-*
lerus Cassius Scioppius C. Accius Canterus) Cf. hist. trag. 528.

ad Hellesponti claustra *Scaliger Conieci* Quasi Helles
pontum claustra dicunt *maritima*

LVII

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á sacro

Oénomao rege Híppodameam ráptis nactust núptiis.

Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'aegritudinem ... depellamus
... qualis enim tibi ille uidetur Tántalo' e. q. s. 'Iouis
iste quidem pronepos. tamne ergo abiectus tamque fractus?

Scaen. poes. Rom. fragm. ed. *RIBBECK.*

Nolite, inquit, hospites' e. q. s. [Enn. Thy. VIII] 'tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Numeros constituit Bentleius, quem tamen sequentia etiam Iouis iste quidem pronepos minus recte poetae dedisse intellexit post Davisium Wolfius. Sumpta fortasse sunt ex Ennii Thyesta.

1 socio *Klotzius* socio ω socio *Bentleius* 2 raptus et supra lin. raptus *Rehd.* raptus *Pith. Oxon.* unus raptu *Bentleius* nactus *Tregderus* nactus *Gud. Reg.* nactus est *Pith.* nactus *Brucell.* cum ceteris libris nactus *Bentleius*

LVIII

110' Ob scelera animique ímpotentiam ét superbiloquentiam

Cicero Tusc. disp. IV 16, 35 'quam uim mali significantes poetae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera' e. q. s. Nonius p. 175, 30 'superbiloquentia. Cicero Tusculanarum lib. III: animique' e. q. s.

LIX

Mentó summam annem attingens, enectús siti

Cicero Tusc. disp. I 5, 10 'dic, quaeso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, traectio Acherontis, mento... siti Tantalus?' Non. 401, 26 'summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I: summam... Tantalus.' Priscianus p. 861 P. 'necatus a necaui et nectus a necui facit. Horatius... enectus arando. Livius... squalore enecti. Cicero Tusculanarum I: enectus siti Tantalus.'

annem *Bue* aquam ω aquam *Lachmannus* aquam nitenti *Ritschelius.* ego... mento summum laticem e. q. s. *olim proposueram* attingets *Nonii G¹L¹* attinget *BG²L²* siti enectus *Ciceronis* χ *Ceterum quod apud Ciceronem sequitur Tantalus dubitari posse monuit Fleckeisenus, utrum a poeta in sequentis versus initio an ab ipso Cicerone additum sit.* mentó s. attingens aquam siti enectus Tantalus α

LX

Atreus

Proinde íta parent se in uíta, ut uinci nésciant.

Cicero Tusc. disp. V 18, 52 'nec putet ad se praeceptum illud Atrei pertinere: proinde' e. q. s. Accii Atreo tribuit Welckerus

LXI

Quándo quidem is se circumuestit díctis, saepit sédulo.

Cicero de orat. III 39, 158 (transferuntur verba) 'aut quo significetur magis res tota siue facti alicuius siue consilii, ut ille, qui occultantem consulto, ne id quod ageretur intellegi posset, duobus translatis uerbis similitudine ipsa indicat: quandoquidem' e. q. s.

is se ut coniecerat *Pearceius, Gudd. b e Lagom.* 2 13 32 iste ϕ saepit] saepe *Abrinc. Erl. b* sedulo] se dolo *Osannus, probavit etiam Bue mus. Rhen.* 35, 629

LXII

Non nóuisse huius me uersutiloquas málitias?

Cicero de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec' [Enn. 21] 'num non' e. q. s. 'uidetis enim et uersutiloquas et expectorat ex coniunctione facta esse uerba, non nata.' Idem orat. 49, 164 'immo uero ista' (sc. uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus [LXXVI] itemque' (sic Ernestius idemque libri): 'uersutiloquas malitias.' Non. 189, 9 'uersutiloquax. Cicero de oratore lib. III: annum' e. q. s. 'uidetis enim et uersutiloquax et... esse uerba.' Cf. Accii v. 694.

non nouisse *Bothius* num non uis *Ciceronis* ω annum nouis *Nonii* ω annum nosse α annum uis *Onions* an non nouisti, om. me, *olim scripseram*

LXIII

Nóstra miseriá tu es magnus 115

* * *

Eándem uirtutem ístam ueniet témpus cum grauitér
gemes.

* * *

Si néque leges neque móres cogunt

Cicero ad Att. II 19, 3 'populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. nam gladiatoribus qua dominus aqu aduocati sibilis conscissi, ludis Apollinaribus' (a. 695) 'Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est: nostra' e. q. s. 'miliens coactus est dicere. Eandem' e. q. s. 'totius theatri clamore dixit, item-

que cetera. nam eiusmodi sunt ei uersus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse uideantur. Si neque' e. q. s. 'et cetera magno cum fremitu et clamore sunt dicta. Caesar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insectus. huic ita plausum est, ut salua re publica Pompeio plaudī solebat. tulit Caesar grauiter. litterae Capuam ad Pompeium uolare dicebantur, inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant, hostes omnibus.' Valerius Maximus VI 2, 9 'Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum uersum uenisset, in quo haec sententia continetur: miseria nostra magnus est, derectis in Pompeium Magnum manibus pronuntiauit, reuocatusque aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseueranter egit. eadem petulantia usus est in ea quoque parte: uirtutem istam... gemes.' Cf. hist. trag. 545.

2 gemas Valerii Bern. 3 octonarium iambicum habet Bue: trochaei sunt inserto te post leges

LXIV

... ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam.

Cicero ad fam. VII 30, 1 'hinc ipse euolare cupio et aliquo peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen nec facta audiam.' Idem ad fam. VII 28 'pedibus es consecutus ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum, nosti cetera.' Idem ad Att. XV 11, 3 'itaque etsi ne antea quidem dubitauī, tamen nunc eo minus, euolare hinc idque quam primum, ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam.' Cf. idem ad Att. IX 10, 2 'dies et noctis tamquam auis illa mare prospecto, euolare cupio.' Idem ad Att. XIV 12, 2 'itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit.' Idem Phil. XIII 21, 49 'moueri sedibus huic urbi melius est atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta nec nomen audiat, quam' e. q. s. Ascripsi Atreo Accii.

euolandi verbo (e. c. euolem initio v.) num poeta usus sit incertum: reliqua reconcinnavi. integrum uersum ubi n. P. nomen nec facta aut famam a. fecit Bothius

LXV

120 Thesprote, si quis sanguine exortam tuo
Prolem inter aras s<acrificas> sacram immolet,
Quid meritus hic sit, dubium<ne> an cuiquam fuit?

Charisius p. 254 P. 'per transitum siue transmutatione personarum, cum a nostra ad alteram transimus et per illam transfigurantes quod uolumus retinemus, ut: Thesprote' e. q. s. 'hic a sua persona' (sua om. cod., addidi: persona ex illo sua natum esse putat Buechelerus) 'in aliam personam transit, ut argutans per illam ostenderet, quid uellet increpare.' De utroque fr. LXV et LXVI dixi in hist. trag. p. 628 sq.

2 aras sacrificas *supplevi* arass in fine uersus cod. aras sacrare sacram *ed. princ.* aras sacras *sacratam Grotius* aras sacram sacras *Bothius* aras sacrilega manu *CFW Mueller* 3 dubiumne an *scripsi* dubium an *cod.* dubiumne id *Grotius* fuit *Fabricius* fiat *cod.* siet *Putschius*

LXVI

rite Thesprotum pudet

Atrei, quod ipse a Tantalō ducat genus.

Charisius p. 247 P. 'sarcasmos est allegoriae figura deridendi causa ficta, ut: rite... genus; per hoc enim uult intellegi, ignobilem esse Thesprotum.'

1 pudet *Grotius* pudeat *Neap. et exc. Leid.* 2 Atrei *Bue rei Neap. exc. Leid.* generi *conieceram* quod *Neap. q. exc. Leid.* ad *exc. Leid.* (an ab?) ducat *Neap.* duci *exc. Leid.* ductat *Bothius* ducit *Keilius*

LXVII

'Erras erras: nam exultantem te et praefidentem tibi
Reprimunt ualidae legum habentiae atque imperi insistent iugo.

Cicero de orat. III 41, 166 'nam illud, quod ex hoc genere profuit, non est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis conecitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit [LXXIV]. atque illud: erras erras' e. q. s. 'sumpta re simili uerba eius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur.' Iulius Victor in rhet. Latt. p. 432 H. 'translatio... ut aliud dicas et aliud intellegendum sit, ut est [LXXIV] et imperii insistent iugo.' Accii Clutemestrae tribui conl. Aesch. Ag. 1610 H. Sen. Ag. 964.

1 erras *semel om. Erl. Abrinc. cum aliis* nam et uidente te et praefidente (praesidente *Erl. b* praesidentē *Pal. Ottob.*) tibi *Abrinc. Erl. b Pal. Ott.* nam et uidente et praesidente tibi *Erl. a* uiolentem in illo uidente latere uidetur *Buechelero*

LXVIII

... quae mulier una

Usurpat duplex cubile

LXVIII—LXX Cicero ad fam. IX 22 'placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare. sic enim disserunt, nihil esse obscenum, nihil turpe dictu ... itaque non modo in comoediis res ipsa narratur ... sed etiam in tragoediis. quid est enim illud? quae mulier una; quid, inquam, est usurpat d. e. quid [LXIX]? quid est [LXX]? bene uiolat: atqui idem significat: sed alterum nemo tulisset.' Electrae in Accii Clu-temestra matrem obiurgantis uerba haberi possunt fr. LXVIII. Antiopae Pacuianae tribui fr. LXX. De fr. LXIX cf. hist. trag. 527.

1 *Adsumpto Accii v. 656 una duum uirum Bergkiius, sed cf. coroll. com. CXXVIII* 2 usurpat *Harl. Pal.* usurpato *Med.* una usurpauit duplex Cubile *coni. Bue*

LXIX

huus, Phere,

130 Hic cubile inire est ausus.

1 ferei *Med., prob. Bue de Atreo et Thyeste cogitans. feret Harl. Pal.*

LXX

Virginem me quondam inuitam per uim uiolat Iuppiter.

LXXI

'Erebo <pro>creata fuscis crinibus Nox, te inuoco.

Pauli Festus p. 83 M. 'Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos ... Varro uero Erebo natam Noctem ait. unde est et illud: Erebo' e. q. s. Possunt ex Eumenidibus Ennii sumpta esse: cf. hist. trag. 147.

procreata scripsi creata ω te, creata, *omisso postea te, Bothius*

LXXII

Caelum nitescere, arbores frondescere,

Vites laetificae pampinis pubescere,

135 Ramis bacarum ubertate incuruiscere,

Segetes largiri fruges, florere omnia,
5 Fontes scatere, herbis prata conuestirier.

Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore caelum' e. q. s. Idem de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt uel coniungendis uerbis ... uel saepe sine coniunctione uerba nouantur, ... ut bacarum ubertate incuruiscere.' Non. 122, 17 'incuruiscere. Cicero de oratore lib. III: bacarum ubertate incuruiscere. Ita et in Tusculanis lib. I.' Manifesto ad Ennii Eumenides pertinent translata ex Aesch. 903 sqq.

1 *sq. uersibus praemitti posse suo non (melius ne suo) intermittat tempore Hermannus monuit* 2 *laetificae probauit Bentleius laetificare Reg. laetiscere Pal. a* 3 *ubertatem Nonii ω incuruiscere Nonius*

LXXIII

Tela, famuli, tela propere <ferre>! sequitur me Toas.

Fragm. de metr. CGL. VI 613 K. 'tetrametros, qui latine quadratus uocatur, choriaceus talis est: tela' e. q. s. Ad Chrysen Pacuuii rettuli.

ferre *add. x tela Lipsius iteravit post alterum tela*

LXXIV

neque me patiar

Iterum ad unum scopulum ut olim classem Achiuom 140
offendere.

Cic. de or. III 41, 166 (vide LXVII) cf. Iul. Vict. in rhett. Latt. p. 432 H. Incertum utrum ex tragoedia an ex comoedia sumptum sit. Cf. Plauti Most. 677 Merc. 197 Terenti Phorm. 689; Zenobii prov. III 29 et quos praeterea locos laudant editores Göttingenses.

1 *patior Lagom. plerique, Vict. Gud. a et b pati Bue*
2 *iterum om. mutili ad unum ω ut Plautus Most. 677*
ut olim scripsi ut (et) telum (celum uel coelum uel alium) ω
ad unum scopulum iterum crasse offendere *Iulius Victor*

LXXV

... saxea est uerruca in summo montis uertice.

Quintilianus VIII 3, 48 'deformitati proximum est humilitatis uitium (*ταπεινωσις* uocant), qua rei magnitudo uel dignitas

minuitur, ut: saxea' e. q. s. Idem VIII 6, 14 'sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id de quo modo dixi: saxea est uerruca, et sordidae.' Anecd. Paris. Ecksteinii p. 20, 5 'dignitas minuitur ut saxea' e. q. s. Cf. Cato apud Gellium III 7. Fortasse e praetextata sunt.

saxea est *anecd. Paris.*, *Quintiliani loco post. ψ* saxa est *Monac.* saxum est *Ambros.* exea est *loco pr. Bamb. Argentor.* exeat *Monac. Ambros.*

LXXVI

Hábeo istanc ego pérterricrepam

Cicero orat. 49, 164 'immo uero ista' (uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus: habeo' e. q. s.

istanc ego *scripsi* istam ego *Flor. Pal. Ottob.* ego ista *Abrinc.* De *anapaestis* habeo istam echo p. *cogitavit Bue: pro illo habeo poterat pauco ponere*

LXXVII

. génuſ auarumſt mſlierum.

* * *

auro uéndidit uitám uiri.

Cicero de inv. I 50, 94 (item Iulius Victor p. 416 H.) 'si, cum totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: mulierum genus auarum est, nam Eriphyla auro u. u. u.' Cf. Verrin. IV 18, 39. Latini tragici uerba in his latere uidit Valckenarius, qui utrumque uersum coniunxit altero sic conformato: Nam Eriphyle . . . auro u. u. u. Quadrat et hoc et sequens fr. ad Epigonos Accii: cf. hist. trag. 492.

1 mulierum genus auarum est *Cicero* auarum est mulierum. genus *Valckenarius* (cf. *Brugman l. l. p. 21*) 2 uitam uendidit uiri *Angelom.* uitam uiri uendidit *Tross.* uiri uitam uendidit *ψ et Iulius Victor*

LXXVIII

prudens ét sciens

145

Ad péstem ante oculos pósitam

Cicero ad fam. VI 6, 6 'itaque uel officio uel fama bonorum uel pudore uictus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens . . . positam sum profectus.'

1 *Malim* prudens sciens ut *Ter. eunuch. 72, Ciceroni reliquit Mendelssohn*

LXXIX

Aegialeón parit

146¹

Aeéta pater

Quintilianus VIII 6, 35 'catachresis, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum adcommodat . . . et apud tragicos aegialeo paret at pater.' Pacuuii Medo tribuit Halmius: cf. hist. trag. 319.

1 Aegialeon *Bergkii mon. Ancy.* 51 aegialeo *Ambros. Bamb. aialeo Mon.* etiam leo *Argent.* paret *ω* Aeeta] at *ω* Aeeta Aegialeum parit *cum admonitione Quintiliani* at est *pater scriptum fuisse coniecit Halmius* Aegialeo parentat pater *Birtius mus. Rhen. 34 p. 17*

LXXX

Némo pius est, quí pietatem

Cicero de fin. II 22, 71 'nam nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinere se ab iniuria. nosti credo illud: nemo' e. q. s. 'caue putes quicquam esse uerius. nec enim, dum metuit, iustus est, et certe, si metuere destiterit, non erit.'

pietate *Erl. Spir.* pietatem colet *z* pietatem colit infortunati metu *Bothius*

LXXXI

Réligentem esse <téd> oportet, réligiosus né fuas.

Gellius IV 9 'Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum: religentem' e. q. s. 'cuius autem id carmen sit, non scribit.' Non confidenter me huius uersiculi originem a scaena potissimum repetere non est ut moneam.

ted esse *Fleckerisemus* esse *ω* religiosus ne fuas *Fleckerisemus* religiosus nefas *ω* religiosum nefas *edd. vet.*, unde *profectus ipse olim* at religiosumſt nefas *scripsi, M. Hertzius inter alia* set religiosum nefas *proposuit*

LXXXII

. uís, quae summas frángit infirmátque opes.

Cicero pro Rabirio Post. 10, 28 'ergo aderat uis, ut ait poeta ille noster, quae summas' e. q. s.

LXXXIII

Si quis me uideat, dicat 'ni mirum hícin illest,
150 Ille talis, <ille> uir tántis opibus praépotens?

Vbi núnc secundis rébus adiutríx . . ?'

Charisius p. 252 P. 'per ethologiam, ut: si quis me uideat' e. q. s.

1 sqq. *Redii summa in re suasore Bue ad senarios proeodseos, septenarios Keilii in altera acceperam* hic est ille talis uir *cod.* uir hic | est ille talis *Bue* hinc est ille uir talis *Bachus in Studemundi stud.* II 295 3 *In cod. post adiutrix uocabulum fuit, cuius prima littera p, pro qua fo etiam legi posse adnotauit Keilius, qui potentia supplevit: melius pollentia placebat; fortuna Fabricius (fortuna adiutrix tua in septenario coniciebam) proba Bue*

LXXXIV

Lítus atque áër, et sólitudó mera

Cicero ad Att. I 18 'nihil mihi nunc scito tam desse quam hominem, quicum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, comunicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego ex animo loquar;' (ex animo H. A. Kochius ex animi sententia ipse conieceram etiam *cod.* ut mecum Peerlkampus, unde septenarii frustum non in fine, sed initio mutilum '... qui me amet, qui s., quicum ego ut mecum loquar' oritur.) 'nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφιέστατος et amantissimus. Metellus non homo, sed litus' e. q. s. (cf. Vahlen ind. lectt. 1879/80 p. 11.) Prometheus apud Accium sic loqui potuit (hist. trag. 544), nec a Philoctetae persona aliena.

mera vulgo mea *Med., om. Rom.*

LXXXV

. ferrum aes argentum aurum penitus ábditum

Cicero de off. II 4, 13 'eademque ratione nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarii, nec ferrum aes aurum argentum ecfoderetur penitus ábditum sine hominum labore et manu.' (aes argentum aurum, sed signis transpositionis eadem m. add. Bern. a aurum aes argentum Bern. e Rom.) Idem de nat. deor. II 60, 151 'nos e terrae cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam;

nos aeris argenti auri uenas penitus abditas inuenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras.' Vnde versus particulam elicit post Gruterum Langius, qui comparatis ex Aeschyli Prometheus v. 500 sqq. *Ξερωθε δὲ χθονός Κεκουμμέν' ἀνθρώποισιν ἀφελήματα Χαλιὸν σίδηρον ἀργυρον χρυσόν τε κ. τ. λ.* Accii Prometheus illa tribuit, sed omnino incerta coniectura.

In septenario repperi e. c. suppleri licet

LXXXVI

Prius úndis flamma

155

Cicero Phil. XIII 21, 49 'prius undis flamma, ut ait poeta nescio quis, prius denique omnia, quam aut cum Antonii res publica aut cum re publica Antonii redeant in gratiam.' Cf. Augusti dictum apud Cassium Dionem LV 13 *ἄσσοι . . πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι.* Prometheus esse possunt (hist. trag. 545).

undis flamma χ *Ferrarii* undas flammam ψ cum undis flamma *Gryph.*

LXXXVII

'Animum aduerte ac dícto pare!

156

* * *

157

Praetér rogitatum si hísces

Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia: animum aduerte ac dicto pare; et [2] et illae minae [Enn. Med. VII].'

2 si hisces *scripsi* si (vel sit) pie (vel piae) ω si sapiens *Bergkii* supple *Palmerius* si quid *Halmius* Vno versu animum a. ac d. p. et praeter rogitatum sile *Bue*

LXXXVIII

Pereánt amici, dum ínimici una intércidant!

Cicero pro rege Deiotaro 9, 25 'de Domitio dixit uersum Graecum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: pereant' e. q. s. . . . 'uersus immanis.' Augustinus contra Faustum 16 'sicut est illa notissima et quarundam litterarum memoriae commendata furiosa sententia: pereant' e. q. s. Graeca varia comparari licet, imprimis adesp. trag. 362 N² *ἐργέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ.*

una inimici intereant χ

LXXXIX

160 Quám magis aerumna úrget, tam magis ád male facien-
dúm uiget.

Quintilianus IX 3, 15 'alia commendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit: uel cum se pauidum contra mea iurgia iactat; Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos comicosque sunt plurima. Illud et in consuetudine remansit: enimuero. His amplius apud eundem: nam quis te iuuenum confidentissime; quo sermonis initium fit et: tam magis illa tremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescent sanguine pugnae. quod est uersum ex illo: quam magis' e. q. s. 'pleni talibus antiqui sunt. initio Eunuchi Terentius ... ex Graeco uero translata uel Sallusti plurima.' Ex uetere tragoedia sumpta esse nostra coniecerunt Regius et Muretus: posse ad Ennii Medeae referri conl. Eurip. 364 dixi hist. trag. 153.

animus supplendum uidetur

XC

Qui esse uolt quod uólt, ei ita dat sé res, ut operám
dabit.

Cicero de nat. deor. III 26, 66 '[Enn. Med. VIII] parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? illud uero quam callida ratione! Qui uolt e. q. s. 'qui est uersus omnium seminator malorum. [Enn. Med. IX] ... atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [XCIII]. huic, ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Ab Ennio in Medea inter fr. VIII et IX hunc v. insertum esse conieci, certum esse contendit Vahlenus ind. lectt. 1877 p. 8.

esse uolt quod uolt, ei propter accentus maxime scripsi uolt esse quod uolt Palat. Vindob., quod praeter alios defendit Vahlenus uolt quod uolt Leidd. ABC Erl.

XCI

Míseri sunt qui uxóres ducunt. — 'At tu duxisti álteram.

Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, quod uel in alium uel in eum ipsum, qui dicit — quod in aduersarium dicit — potest conuenire, hoc modo: miseri' e. q. s. Posse

haec in altercatione Iasonis et Medeae in fabula Emmiana locum habuisse suspicatus sum.

qui qui Par. P m. 2 Corb. Bamb. Leid. Darmst. si Herb. Parr. Bern. Personas distinxit Lambinus

XCII

Qua póntus Helles, súpera Tmolium ad Tauricos
Finís frugifera et écferta arua Asiaé tenet.

Cicero orat. 49, 163 'uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua ... Tauricos locorum splendidis nominibus inluminatus est uersus, sed proximus inquinatus insuauissima littera: finis' e. q. s.

1 hellus Flor. Pal. Ottob. Hellaest Fr. Strauss 'de ratione inter Senecam' e. q. s. (Rost. 1887 p. 17) supera Tmolium Baehrens ann. philol. 1884 p. 841 superat tmolium Flor. superat timolium Pal. superat thimolū Ottob. superadmolū Abrinc. at tauricos Flor. Ottob. ad auricos Abrinc. ac tauricos Pal. ad Taurios Madricus Adv. II 99 al. auratus aries colchorum Ottob.

mg. 2 efferta Lachmannus ferta Flor. Pal. Ottob. feria Abrinc. fertilia Heerdegen uberta Baehrens Asia Flor. Pal. Ottob., prob. Baehrens

XCIII

posquám pater 165

'Adpropinquat iámque paene ut cómprehendatúr parat,
Púerum interea oprúncat membraque árticulatim díuidit,
Pérque agros passím dispergit córpus: id ea grátia,
5 'Vt, dum nati díssupatos ártus captarét parens,
'Ipsa interea effúgeret, illum ut maéror tardarét sequi, 170
Síbi salutem ut fámiliari páreret parricídio.

Cicero de nat. deor. III 26, 67 (vide XC) Ad Accii Medeae rettuli hist. trag. 535.

1 posquam Leid. A postquam φ 5 disputatos Leid. C dissipatos φ aptaret Kiesslingius: conici etiám artaret possit

XCIV

Nón commemoro quód draconis saéni sopiui ímpetum,
Nón quod domui uím taurorum et ségetis armataé manus.

Charisius p. 252 P. 'per paralipsim, cum uolumus negantes aliquid indicare, tamquam: non commemoro' e. q. s. Idem p. 253 P. 'negando cum quid negantes uolumus indicare atque impropertantes beneficia, quae audiens cognoscat*' (infinitivum excidisse statuit Keilius) 'non memoro' e. q. s. Medeae sunt vel Ennianae vel Accianae, ad Euripidis v. 476 sqq. exemplum. Cf. hist. trag. 155. 533.

1 memoro *cod. p. 253* draconis saeui sopiui impetum *Fabricius* draconis saeui sopiuit impetum *cod. p. 253* latroni statui oppressi *cod. p. 252* 2 non quod domui uim (*an ignis?*) taurorum *Lindemannus* et domus ista uiro- rum *cod. p. 252* non quod domauit uiros *cod. p. 253* armata *cod. p. 252*

XCV

Medea

cóniugem

175 Illum, Amor quem déderat, qui plus póllet potiorque ést patre.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? [Enn. Med. XI] quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet se coniugem habuisse [2].' Ad Pacuui Medum olim reuocauerunt.

2 haec *corr. m. eadem in est Gud.*

XCVI

177 Qua caúsa accusem hunc? * * *

Nam sí ueretur, quíd eum accuses, qui ést probus?

Sin ínuerendum ánimi ingenium póssidet,

180 Quid áutem eum accuses qui íd parui auditum aéstimet?

Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est ipsum sibi in sua oratione dissentire et contra quae ante dixerit dicere, hoc modo [v. 1], tum id exputando eoluere: [2-4]. Non incommoda ratione uidetur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid? postea quid ait? [XCVII]' Sic ad librorum fidem Kayserus. Cicero de inv. I 45, 83 'aut conuersione aut alterius partis infirmatione' (reprehenditur falsa complexio) 'hoc modo: [2-4] Hic siue uereri dixeris siue non uereri, concedendum hoc putat, ut neges esse accusandum. Quod conuersione sic reprehendetur: immo uero accusandus est. nam si ueretur,

accuses: non enim parui auditu aestimabit, sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accuses: non enim probus est.' Iulius Victor in rhet. Latt. p. 414 H. 'conuersione hoc modo: [2-4].' Secuntur eadem fere uerba quae apud Ciceronem leguntur. Victorinus explan. p. 253, 12 H. 'si ueretur, quid accuses qui probus est? si non ueretur, quid accuses qui id parui auditu aestimat?' e. q. s.

1 causa accusem causam *Herb. Par. m. 1* accusem hunc nequeo mecum id *Bamb. b in mg.* nequeo . . . qua e. a. hunc, exputando eoluere *olim edidi* 2 accusem *Par. m. 2 Corb. Bamb. Leid. ad Her.* 4 autem *om. Bern. Corb. Bamb. Leid. Darmst. ad Her., de inv., Iulius Victor* accusem *Par. m. 2 Corb. Bamb. Leid. Darmst. ad Her.* auditu *Bamb. Leid. Darmst. ad Her., de inv.* existimes *Herbip.* existimet *q ad Her.*

XCVII

Nunc égo te ab summo iám detexam exórdio.

Rhet. ad Herenn. I. supra I.

detexam ordine exordio *Bamb. b m. pr.*

XCVIII

Axéna Ponti per fréta Colchos deníque delatus adhaési.

XCVIII. XCIX De metr. CGL. VI 614 K. 'Aristophanius anapaestus [XCVIII] recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes septem et semipedem. Anapaestus octonarius [XCIX] recipit eosdem pedes praeter semipedem.' Vtrumque exemplum confictum esse decreuit x, sed cf. Enni v. 71. Prius Medo Pacuui tribuit Welckerus, nec alterum aut ab hac fabula aut ab Accii Prometheo (cf. Aeschlyi v. 91) alienum habui.

XCIX

Oré beato lumíne uolitans, qui pér caelum candidus equitas!

Ore, i. e. Apollo ω orte *Lachmannus* clare *Bue: recte idem conl. Ciceronis Arat.* 180 uolitans ad *antecedentia reuocavit*

C

. . . o domus ántiqua, heu quam díspari
Domináre domino!

185

Cicero de off. I 39, 139 'aliter ampla domus dedecori

saepe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. odiosum est enim, cum a praetereuntibus dicitur: o domus' e. q. s. 'quod quidem his temporibus in multis licet dicere.' Idem Phil. II 41, 104 'o tecta ipsa misera quam dispari domino! quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quam ab dispari tenebantur!'

1 heu om. *Oehl. Bamb. ab Goth. Gudd. ed et Bern. abcd Gud. a Bamb. Wuerzb.* et heu alii dispare *Gudd. c* 2 dominaris domino *Gudd. bd* domino dominare *Gud. c* domino dominaris *Gud. c* donare domino *Wuerzb.*

CI

Cum te éxpetebant ómnes florentíssimo
Regnó, reliqui: núnc desertum ab ómnibus
Summó periculo sóla ut restituám paro.

Rhet. ad Herenn. II 25, 40 'item uitiosum est, cum id quod in aperto delicto positum est tamen aliqua tegitur defensione, hoc modo: cum te' e. q. s. Cicero de inv. I 48, 90 'leue est quod . . . perspicue turpem rem leui tegere uult defensione, hoc modo: cum te' e. q. s. Medae in Pacuvii Medo verba agnovit Ladevicius.

1 expectabam *Herb. Bern. Parr. ad Her.* exspectabant *Tur. de inv.* expectarent *Leid. ad Her.* 2 desertus *Herb. Par.* cum desertus es *Par. corr. Corb. m. 2 Bamb. Leid. ad Her.* 3 periculo *Aldus* periculo ω solat *Bern. ad Her.* solam *Bamb. b ad Her.* solus *de inv.* ut om. *Par. Herb. Corb. ad Her.* restitutio *Par. Herb. ad Her.* restituere *Corb. ad Her.*

CII

Refúgere oculi; córpus macie extábuit;
190 Lacrimaé peredere úmore exanguís genas;
Situm ínter oris bárba pedore hórrida atque
Intónsa infuscat péctus inluuú scabrum.

Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'quid? illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas? refugere' e. q. s. 'haec mala, o stultissime Aetia, ipse tibi addidisti: non inerant in eis, quae tibi casus inuexerat: et quidem inueterato malo, cum tumor animi resedisset . . . sed maeres uidelicet regni desiderio, non filiae. illam enim oderas et iure

fortasse: regno non aequo animo carebas.' Medo Pacuvii reddidit Welckerus.

2 umorem *Reg. Pith.* humorem *Gud. Brux.* exanguis *Gud.* exangues φ 3 situm inter oris *Lachmannus* situ intoris *Mon. b* situ nitoris ψ situ mucoris *vel s.* indecoris *vel s.* uictoris *ceteri Oxonn.* situ nidoris *alii* situm uide oris *Bothius* situ nigroris *tacite Vahlenus ind. lectt. 1878 p. 6* pedore *Gud. Reg. Pith., quam scripturam tuetur Fleckeisenus* horrida atque ω *Delevit* atque *Bothius, probavit autem versum hypermetrum post Lachmannum Vahlenus*

CIII

Meminístin te spondére mihi gnatám tuam?

Varro de l. l. VI 72 'sic despondisse animum quoque dicitur ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerat finem: a qua sponte dicere respondere quoque dixerunt, cum ad spontem responderent, id est ad uoluntatem rogatoris, itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet: ut non spondet ille statim, qui dixit spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque is qui dicit in tragoedia: meministin' e. q. s. 'quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu.' (itaque is qui L. Spengelius itaque is qui Flor.) Potuit haec in Accii Andromeda Perseus dicere (cf. hist. trag. 563) vel in Hermiona Pacuvii Neoptolemus Menelao, quod tamen minus probabile.

meministin *vulgo* meministine *Flor.* spondere *Lachmannus* despondere *Flor., quod qui servare uolet (ut suasit etiam Dziatzko ann. phil. 1876 p. 238) aut lacuna interposita* meministin te despondere . . . mihi g. t. scribendum aut sic meministine desp. te mihi g. t. *transponendum est.* gnatam *vulgo* agnatam *Flor.* cognatam *Havn.*

CIV

Quam cára sint quae póst carendo intéllegunt,
Quamque áttinendi mágni dominatús sient. 195

Cicero orat. 47, 157 'quid? quod sic loqui: nosse iudicasse, uetant; nouisse iubent et iudicauisse? . . . itaque utrumque Terentius . . . sient plenum est, sint imminutum: licet utare utroque. ergo ibidem [1. 2].'

1 carendi *Abrinc.* carenda *codd. interpol., Lachmannus* quae quam sint cara *conieceram*

Scæn. poes. Rom. fragm. ed. RIEBECK.

CV

Rapiúnt per undas cúrrus suspensós equi

Cicero Tusc. disp. II 27, 67 'ut enim si cui nauiganti, praedones si insequantur, deus qui dixerit: eice te de nauí, praesto est qui excipiat uel delphinus ... uel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipiet te et quo uelis perferent, omnem omitatis timorem: sic' e. q. s. Fortasse Oenomaum Accii tetigit Cicero: cf. hist. trag. 440.

ludendo effinci ex Ciceronis uerbis: sequentis uersus initio Neptunii fuisse potest

CVI

Siue ista uirtus seu latrocinium <fuit>,
Horrenda miseranda ista siue est calamitas,
Quod expulisti saucios patrió lare

Charisius p. 254 P. 'per epitropen: siue ista' e. q. s. 'de nomine disceptatio est, cum res sit palam. huic' (hic cod.) 'aduersariis permittimus quo uelint pacto nomen imponere, ut de eo potius quam de re ipsa dubitare uideamur.'

1 siue ista uirtus seu *Keilius*, postquam siue ista uirtust seu *edideram* siue ita uirtus siue *cod.* latrocinium *Keilius* ita patrociniū *cod.* fuit *Keilius*, om. *cod.* cluet *Bachrens ann. philol.* 1872 p. 623 2 horrenda *prop. coroll. com.* CXXXI horrendū *cod.* miseranda ista *Bachrens (v. ad v. 1)* miseranda *cod.* miserandum *Keilius* siue est calamitas *ed. pr.* fia (vel *fiu*) ee clamatis *cod.* fuisse clamitant *Keilius. in codicis uestigis* deflenda esse cal. *latere possit* latr. horridum, | <siue> miseranda fertur esse cal. *Bue* 3 insonti quod *Fabricius* expulisti *scripsi* extulisti *cod.*

CVII. CVIII

200 Eám, quam nihil accúsas, damnas: béne quam meritam
esse autumas,
Mále merere. id quód scis prodest níhil, id quod nescís
obest?

CVII. CVIII Cicero orat. 49, 166 'ut ... intellegamus non quaesitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam uersus efficitur: eam ... damnas. condemnas diceret, qui uersum effugere uellet. bene ... obest.

Versum efficit ipsa relatio contrariorum. idem esset in oratione numerosum: quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest.' Ceterum etiam haec numerosa nobis senarium sonant quamvis non numerosum: ergo id quod scis et id quod nescis a Cicerone scriptum fuisse puto. Idem Top. 13, 55 'eius generis' (sc. enthymematum) 'haec sunt: [CX CVII CVIII]. Cf. Boëthius Comm. in Top. p. 365 Or.

1 sq. autumas Top. ψ autumas dicis Or. *Abrinc. Flor. Pal. Ott.*: interpolatum esse dicis *uidit Stangl in schedis gymn. Bavar.* 18 p. 248 2 merere (*h. e. mereris*) *Flor. Pal. Ott. or., Eins. Top., vindicavit Heerdegen, idem coniunxit fr. CVII sq. mereri Abrinc. Or., Top. φ* 2 nil *Lachmannus*

CIX

Mors misera non est, áditus ad mortem ést miser. 203

Quintilianus VIII 5, 6 'illud notabile ex diuersis' (sc. sententiam poni): 'mors' e. q. s. 'ac rectae quidem sunt tales: tam dest auaro quod habet, quam quod non habet. Sed maiorem uim accipiunt et mutatione figurae, ut: usque adeone mori miserum est? acrius hoc enim, quam per se: mors misera non est.' (Deest locus in Ambros. et Bamb.) Lactantius div. inst. III 17 'nec frustra dictum est: mors' e. q. s. 'hoc est: morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari.' Publilii Syri non esse Woelfflinus quoque sensit.

CX

Hoc métuere, alterum ín metu non pónere?

Cicero ad Att. XII 51 'de Caerellia quid tibi placeret Tiro mihi narrauit: debere non esse dignitatis meae: per-scriptionem tibi placere: hoc metuere' e. q. s. 'sed et haec et multa alia coram.' Ibidem XIV 21, 3 'mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili. quis enim hoc non uidit, regni heredem relictum? quid autem absurdius? hoc metuere' e. q. s. Idem Top. 13, 55 (vide CVII) cf. Boëthius l. l. Non credo continuatos fuisse ut in Top. v. 204. 200—202.

hunc libri in Top. exceptis *Viteb. Eins. et altero apud Lambinum*

CXI

... umbris óceuluntur párietum. 205

Nihil hórum similest ápuđ Lacaenas uirgines,
Quibus mágis palaestra Euróta sol puluís labor
Milítia studio est quám fertilitas bárbara.

Cicero Tusc. disp. II 15, 36 'itaque illi, qui Graeciae formam publicarum dederunt, corpora iuuenum firmari labore noluerunt. Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt, quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem noluerunt nihil horum simile esse apud Lacaenas' e. q. s. Versuum 206—208 indicium primus fecit Scaliger. Ex Meleagro Accii videntur sumpta esse.

1 parietum umbris occuluntur Cicero 2 simile apud Scaliger 3 Eurotas edd. 4 duritia Bentleius studio Lambinus cum Oxonn. aliquot, si fides collatoribus. in studio q. de qua scriptura cf. Lachmannus in Lucr. IV 283 facilitas Leid. Oxon. unus fertilitas Bentleius

CXII

Vt múltus e uiscéribus sanguis éxeat.

Cicero Tusc. disp. II 14, 34 'itemque Lycurgi' (sc. leges) 'laboribus erudiunt iuentutem... Spartae uero pueri ad aram sic uerberibus accipiuntur, ut multus' e. q. s. Versu tragico Ciceronem uti animadvertit Lachmannus.

multis *Bruxell.*

CXIII

210 Vós enim iuuenes ánimum geritis múliebrem, illa uirgó uiri.

Cicero de off. I 18, 61 'intellegendum autem est, cum proposita sint genera quattuor, e quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum uideri, quod animo magno elatoque humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim' e. q. s. 'et si quid eiusmodi: [Enn. 338].' Meleagro Accii tribui.

Septenarium restituit Lachmannus etenim Bern. a illa autem uiri CFW Mueller conl. prosod. Plaut. 330 sqq., sed vide Skutschii Plautina et Romana p. 122

CXIV

tantum gaúdiu oboriri éx tumultu máximo!

Festus p. 190 M. 'oboritur nascitur: nam praepositionem

ob pro ad solitam poni testis hic uersus: tantum' e. q. s. 'et Ennius: ob Romam' e. q. s.

CXV

Cúr fugit fratrem? scit ipse

Seneca controv. I 1, 21 (p. 78 K. 27 M.) 'colorem ex altera parte quae durior est Latio aiebat hunc sequendum, ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia et ardentia induceremus odia Thyestee more; aiebat patrem non irasci tantum debere, sed furere. ipse in declamatione usus est summis clamoribus illo uersu tragico: cur' e. q. s. Vario Thyestae tribuit Bue.

fugit *Brux. m. 2, Bue fugis q scis conl. Mueller*

CXVI

uas' argénteis

213¹

*

palmi' crínibus

*

Técti' fractis

Cic. or. 45, 153 'sed quid ego uocales? sine uocalibus saepe breuitatis causa contrahebant, ut ita dicerent: multi modis' (cf. Pac. 307), 'uas argenteis, palm et crinibus, tecti' fractis.' (et uas' a. et palmi' c. et tecti' f. Leo Pl. F. 298 et uas Abrinc. uiuas Flor. Pal. Ottob. mg. iuuas Ottob. m. 1 in uas' Heerdegen palmet Abrinc. palma et Flor. Pal. Ottob. et tertium om. libri) Ennii vel Naevii haec esse suspicatur Bue de lat. decl. 66: cotidianae vitae tribuit Leo Pl. F. 299. Ennii Hecubae v. 213² cum Jahnio inserui.

1 argenti *Abrinc.* 2 passi' crinibus *Lambinus*

CXVII

Páter inquam, hospité, <pater> me lúmine orbauít, 214 pater.

Charisius p. 250 P. 'epanalepsis est, cum eadem dictio in principio uersus et in clausula ponitur, ut: pater inquam' e. q. s. Diomedes p. 440 P. 'epanalepsis... pater inquam me' e. q. s. Sacerdos CGL VI 458 K. 'epanalepsis fit hoc modo: idem uerbum ponitur in clausula, quod in principio

dictionis, ut: pater inquam' e. q. s. Phoenicis Enniani querellae possunt esse.

hospites, pater me scripsi hospitis me Sacerdos me Charisius et Diomedes pater exitus versus num in Charisii cod. extiterit incertum: nunc non apparet

CXVIII

215 Sed iam se caelo cedens Aurora obstinet
Suum patrem.

Festus p. 197 M. 'obstinet dicebant antiqui, quod nunc est ostendit, ut in ueteribus carminibus: sed iam' e. q. s.

1 sq. octonarium iamb. expleat

CXIX

Libér, qui augusta haec lóca Cithaeronís colis

Apuleius Florid. XVIII 'ut ille tragicus, qui in theatro dici facit: Liber' e. q. s. De Pacuvii Antiopa cogitavi.

angusta Laur.

CXX

Rápíte agité ruite céleripedes!

De metr. CGL. VI 615 K. 'pyrrichius: rapite' e. q. s. (cf. Atil. Fortun. CGL. VI 286 K.) Cf. Pacuvii inc. fab. IV. coroll. LXVII.

CXXI

Iouis sacratum ius iurandum ságmíne

Festus p. 321 M. 'sagmina uocantur uerbenae, id est herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur — uel a sanciendo, id est confirmando. Naeuius: ius sacratum Iouis iurandum sagmine.' Paulus p. 320 M. 'sagmina dicebant herbas uerbenas, quia ex loco sancto arcebantur . . . uel a sanciendo, id est confirmando. Naeuius: scopas atque uerbenas sagmina sumpserunt.' Vnde nostri versus auctorem incertum fieri intellexit O. Muellerus, idem senarii numeros restituit.

Iouis sacratum ius iurandum O. Muellerus ius sacratum Iouis iurandum cod.

CXXII

infulatas hóstias

220

Non lána, sed uelátas frondentí coma

CXXII. CXXIII Varro de l. l. VII 24 'infulatas hostias, quod uelamenta his e lana quae adduntur, infulae. itaque tum quod ad sepulcrum ferunt frondem ac flores, addidit: non lana' e. q. s. '[CXXIII] dicere apparet cornuatam a cornibus. cornua a curuore dicta, quod pleraque curna.' In fr. CXXII Orestem intellego qui patris sepulchrum suis cincinnis ornavit: cf. Soph. Electr. 894 sqq. Versu CXXIII O. Muellero videbatur Graecus hic redditus esse: Ἄθως οὐάξει νότα Ἀηυίας βοός (Greg. Cypr. I 73 Leutsch. cf. vol. II p. 100).

1 sq. sic constitui coroll. com. CXXXI, agrestis, infulatas hostias, Non lanas, sed u. frondentis comas Berghius 2 frondentis comas ω

CXXIII

<Atós> in cornuátam taurum umbrám iacit.

in cornuatam tauram O. Muellerus cornua taurum ψ cornua taurorum Par. a iaci ω

CXXIV

Diem húnce decorare féstum festiuíssime

Charisius p. 180 P. 'festiuissime. * diem' e. q. s. 'nam et nomina interdum accidunt, quae nec absolutum nec comparatiuum, sed tantum superlatiuum ferunt.'

CXXV

férme aderant aequóre in alto

Ratibús repentibus . . .

225

Varro de l. l. VII 23 'Pacui [inc. fab. XLVIII]; dictum fretum ab similitudine feruentis aquae . . . ferme aderant' e. q. s. 'aequor mare appellatum, quod aequatum cum comotum uento non est. Ratis nauis longas dixit, ut Naeuius' e. q. s.

1 iam ferme? 2 Paroemiaci supplementa uecti vel lentis proponit Bue Hexametrum dactylicum ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto auctore Ilbergio Ennii annalibus (v. 602) inseruit Vahlenus, fort. recte: nam narrationi minus idonei uidentur anapaesti

CXXVI

. . . prolubium est pétere amicitiam ét fidem.

Non. 64, 7 'proluuium est' e. q. s. 'Accius' Andromeda . . . Exemplum esse, non Nonii interpretamentum vidit Lipsius.

prolubium *Lipsius* proluuium ω petere *Lipsius* patere ω

CXXVII

Aetérna templa caéli

Varro de l. l. VI 11 'aeuom ab aetate omnium annorum: hinc aeuiternum, quod factum est aeternum . . . ab eo Plautus . . . hinc poetae aeterna templa caeli.' (cf. Enn. inc. nom. XXXI)

CXXVIII

'Omnes homines ad suum quaestum cállent nec fastídiunt.

Plautus Trucul. 932 'uenítne in mentem tibi quod uerbum in cáuea dixit hístrío: omnes' e. q. s. Dixi in quaest. scen. 352 Telamonem Ennii aruspices fastidientem haec dicere potuisse, sed ne a comoedia quidem aliena esse; neque constat quam accurate ipsa poetae verba Plautus reddiderit. Cf. Asín. 186.

Idem in quaest. scen. p. 356 monui tragicum stilum in comoedia imitari Plautum et Terentium uideri e. c. his locis: Bacch. 1053: fit uásta Troia, scíndunt proceres Pér-ganum.

Curcul. 86: quisnam ístie fluiust quém non recipiát mare?

Stich. 365: . . . radiósus sese sól superabat éx mari.

Menaechm. 101: tantás struices cóncinnat ('patinarias,' immo fortasse mortalium)

" 402sq.: ligneam (sc. nauem)
saépe tritam, saépe fissam, saépe
excusam málleo

" 330: Vólcani ad uioléntiam

" 350: naualés pedes

Rud. " 942: squamosó pecu

Persa 329 sqq.:

quae rés bene uortat mi et tibi et uentri meo,
perénnitassitque ádeo huic perpetuó cibum,
ut míhi supersit súppetat supérstitet.
sequere hác, mea gnata, mé cum dis uoléntibus:
quoi rei ópera detur scís tenes intéllegis.

Ter. Phorm. 135: fáctumst uentumst uíncimur.
Alia stili paratragoediantis exempla collegit Leo Plaut. Forsch. 120 sqq.

nec *Bothius* et ω

CXXIX

gradus elíminat.

Quintilianus VIII 3, 31 'nostri aut in iungendo aut in deriuando paulum aliquid ausi uix in hoc satis recipiuntur. nam memini iuuenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragoedia dici oportuisset.' Cf. coroll. LXIV (Strauss l. l. 19)

CXXX

Pro Iuppiter!

230

Donatus in Ter. Adolph. I 2, 31 (cf. ad II 1, 43. IV 7, 13) 'pro Iuppiter tragica exclamatio.' Cf. Ennii v. 335.

CXXXI

mehe

Quintilianus I 5, 21 'parcissime ea' (H littera) 'ueteres usi . . . erupit breui tempore nimius usus . . . qua de re Catulli nobile epigramma est. inde durat ad nos usque uehementer et comprehendere et mihi: 'nam mehe quoque pro me apud antiquos tragoediarum praecipue scriptores in ueteribus libris inuenimus.'

CXXXII

Quintilianus XI 3, 73 'in eis quae ad scaenam componuntur fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuuntur, ut sit Aerope in tragoedia tristis, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules.'

aerope Bern. Bamb. europe Monac. Niobe edd. vett. Meropé Langius. Cf. quaest. scen. p. 267.

CXXXIII

age própera, macte, nítier!

Charisius p. 172 P. 'demonstrandí' (sc. adverbium) 'en abit, ecce uenit currit adsistit. Hortandi: age propera

macte nitier. Heia age, rumpe moras.' Minus certa fide et hoc et sequentia quaedam frusta huc referuntur, quorum pars ex alio poesis genere deducta, pars a metricis vel ficta vel interpolata esse potest.

nitier *cod.* uirtute *edd.* Duo exempla age propera et macte nitier *distinguit Keilius, quorum hoc quale sit non intellego*

CXXXIV

Fremor oritur.

CXXXIV. CXXXV Varro de l. l. VI 67 'similiter fremere gemere clamare crepare ab similitudine uocis sonitus dicta. hinc illa: arma sonant, fremor oritur; hinc: nihil me increpitando commoues.' Illa 'arma sonant' dactylicae poetae sunt.

CXXXV

... nil me increpitando commoues.

nihil (nichil *Med.*) ω *Dipodia iambica in clausula esse potest*

[CXXXVI

235 'Inque manum surémit hastam.]

CXXXVI. CXXXVII Festus p. 298 M. '[suremit, sumpsit ... inque] manum su[remit hastam;] surempsit pue[rum] sustule[rit].' Paulus p. 299 M. 'suremit sumpsit: inque manus suremit hastam. Surempsit sustulerit.' Ennii ex tragoediis petita esse probare studuit Bergkiius, quamquam Saturnios magis quam septenarium sonat CXXXVI

manus *Paulus. An manum suam?*

CXXXVII

<Puerúm> surempsit.

puerum *O. Muellerus, non apparet in cod.*

CXXXVIII

Agilís sonipes rapitúr celeri sonitú trepidans.

CXXXVIII—CXL de metr. CGL. VI 616 K. 'anapaestus [CXXXVIII] creticus [CXL] palimbacchius [CXXXIX]. bacchius non facit numerum.' Suspicionem prae ceteris movet fr. CXXXVIII (cf. coroll. LXVII). Certe nec omittere nec discernere volui haec tria exempla.

CXXXIX

Amícos ad hánc rem, ut solés, aduocáto.

ut soles, aduocato *O. Jahnus* si uoles aduoca ω, *tuetur Bergkiius creticus baccheis admiscens.* uolens aduocabo x a *tragica scaena haec aliena esse contendens: comoediae reddenda esse iam Geppertus censuit; nec nego ambiguum esse iudicium (cf. coroll. LXVII)* ad hanc, si uoles, aduoca rem *comiecit Bue*

CXL

Hórridi tránseunt ád pedes éx equis.

Confictum esse versum censet x: horridi equites sc. pulvere et sudore

CXLI

Struúnt sorores 'Atticae dirúm nefas. 240

Marius Victorinus CGL. VI 149 K. (ubi de hendecasyllabi elementis dicitur) 'item: meae Camenae caelitum testor genus, iambicus. Item: carmen Pierides struunt sorores — ita complebitur: carmen Pierides pangunt memorabile Musae: dehinc, struunt sorores Atticae dirum nefas.' Terei fabulam haec produnt.

durum *Pal. Par.*

CXLII

Diuí potentes, férte lassatís opem!

Marius Victorinus CGL. VI 79 K. 'penthemimeres in trimetris satis probatur, quae per binos iambos et semipedem uerba finit, ut est: diui' e. q. s. Pseudoacro ad Hor. epod. init. 'iambicus trimeter tragicus recipit pedes dextros, uidelicet spondium primum, tertium et quintum; sinistros iambos, uidelicet secundum, quartum et sextum: diui ... opem.' Cf. hist. trag. 542.

uix satis *i. e. uexatis, ut dedit Cruquiuis, schol. Hor.*

CXLIII

Micánt nitore técta sublimi aúrea.

Seruius de C metris CGL. IV 467 K. 'reciprocum iambicum in elegiacum est, quotiens a fine scansus elegiacum facit, ut est hoc: micant' e. q. s. 'aurea sublimi tecta nitore micant.' Fortasse re vera elegiaci poetae sunt: conficta esse censet x

CXLIV

Deós penates, quí parentes Thestii

Marius Victorinus CGL. VI 135 K. 'tragicó autem si sesquipedem praeponeris ambiam, erit ut diximus tetrametrus catalecticus, ut: deos' e. q. s. 'trimeter, tetrameter autem: ambiam deos' e. q. s.

thesti *Pal. Par., una litt. ut vid. ante s in Pal. del. Terei ed. pr.*

CXLV

Dum taéniam, qui uólnus uincirét, petit

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse lanæum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno — et alias: dum taeniam' e. q. s. 'Ennius in Alexandro — Accius in Neoptolemo —' Caecilio ascripsit Spengelius.

petit *om. Vrsinus (cf. Mommseni de quaternione XVI testimonia p. 72)*

CXLVI

245

nilne te

Horúm fortunæ, níl commiserescít meae?

Finge áduenam esse: níl fraterni nóminis

Sollémne auxiliúm et númen Pietatís mouet?

Charisius p. 250 P. 'zeugma . . . nihil hominum te . . . mouet? plures sententiae uno uerbo cluduntur.' Tragicí poetae versus agnovit M. Hauptius: Thyestae in Accii Atreo tribui hist. trag. 452.

1 *sq. nilne te Horum scripsi nihil hominum te cod., quod seruauit Hauptius. nil omnium | tete x nihil hóminum te horum, nil c. mei? Bue 2 nil Hauptius nihil cod. miseret Hauptius meae idem me ed. pr., om. cod. 3 nil Hauptius nihil cod. 4 numen Hauptius nomen cod.*

CXLVII

. . . quaenam te adigúnt, hospes,
250 Stagná capacis uisére Auerni?

Charisius CGL. I 289 K. 'liberius quoque confitendum est nec distare melos a rythmo, quod quidam putauerunt. nam esse

hoc metron quaenam . . . Auerni' e. q. s. Quibus adde quae ex p. 290 excerpti ad Accii Philoct. I. Hercules interrogari uidetur.

CXLVIII

Agite ó pelagi cursóres,

Cupidam ín patriam portáte!

Diomedes p. 512 P. 'anapaesticum dimetrum fit incisione, cuius haec exempla sunt: agite' e. q. s. 'sunt hic bini anapaesti aut qui recipi solent, in imo autem aut bacchius est . . . aut molossus.' Tragicó poetae tribuit x. Cf. hist. trag. 51.

CLI

cum uota béne tibi respónderint, 255

Tunc fúnde libans

Schol. Bernens. ad Verg. ge. II 194 p. 902 H. 'cum uota tibi bene responderint, tunc funde libans.' Adscripta haec fuisse ad v. 192 ('pateris libamus et auro') perspexit Hagenus p. 729, qui vel tragicí vel comici poetae frustum esse monuit.

1 tibi bene *cod. bene animo tuo Hagenus 2 an funde, liba?*

CLII

. . si forte . . . quíspiam princéps senex,

Récipiebat sórtisque atque auspícium repetebát domo.

Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 178, ubi ut apud Seruium enarratur mos Romanus, si male foris pugnatum esset, noua auspicia domo repetendi: '—am proficiscitur, inde saucius nulla re gesta memoriae mandanda obiecta relligione numinum rediit — lamque repetiit atr — s si forte — quispiam' e. q. s. Scaenicam poesin agnovit Buechelerus, nisi forte Lucilii sunt.

1 *Post si forte vel unus pes excidit ut aderat vel duo in castris aderat 2 recipiebat, h. e. redibat Romam sortisque uncis inclusa apud Keilium*

CLIII

In árce Athenis státió mea nunc <míhi> placet.

Cicero ad Atticum VI 9 extr. Dubito utrum tragoediae an comoediae tribuam.

CLIV

260 Vt ín secundis flúxae, ut in aduersís bonae

Cicero ad Att. IV 1, 8 'ita sunt res nostrae, ut in secundis fluxae, ut in aduersis bonae.' ibidem 2, 1 'prioribus tibi declaravi, aduentus noster qualis fuisset et quis esset status atque omnes res nostrae quem ad modum essent, ut in secundis fluxae, ut in aduersis bonae.' idem ad Brutum I 10, 2 'huius belli fortuna ut in secundis fluxa, ut in aduersis bona.' Carmen agnovit Buechelerus, quod tamen nescio an soccum magis quam cothurnum deceat.

CLIV^a

pepulistí fores

Donatus ad Ter. Adolph. IV 5, 4: 'nota pepulisti elatum uerbum et tragico cothurno magis quam loquelae comicae accommodatum.'

CLIV^b

MARS Adésse ultorem náti me credás mei:

⟨Mori⟩tor. HERCVLES uirtus núsquam terrerí potest.

Carm. epigr. 31 B. in anaglypho insculptum.

2 moritor *Weilius* nusqua *marmor*

CLIV^c

eheu. papae. babae

Marius Victorinus CGL. VI 78 K. 'haec' (monometra) 'plerumque in tragoediis seu comoediis concitati animi motibus, quos Graeci *πάθη* dicunt, exprimuntur et per interiectionem quorundam adfectuum sola efferuntur, ut eheu, papae, babae.'

CLV

plaudite!

